

Michael Watson Johannes Finckius

Ex Prima Parte Politicae Quam Ethicam vocant. Dissertationem De Virtutibus Inprimis, De Temperantia Eiusq[ue] Oppositis

Rostochii: Kilius, 1652

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730150925>

Druck Freier  Zugang



Ru phil 1652
Michael Watson
Johannes Flach

Ex Prima Parte Politicæ
Quam Ethicam vocant.
DISSERTATIONEM
DE VIRTUTIBUS
IN PRIMIS, DE
TEMPERANTIA EIVSQ;
OPPOSITIS,

DEO ADJUVANTE
Amplifs. Facult. Philos. suffragio.

In Celebratiss. Rostoch. Academia,

PRÆSIDE

M. MICHAELE WATSONIO,

In Auditorio Majori

Publicè defendes

JOHANNES FINCKIUS,

Demmino-Pomeranus.

A. D. 22. Maij

Horis matutinis.



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr. Anno 1652.

EXIMIAE FACULTATIS
DISSERTATIONEM
DE VIRIBUS
LUMINIS DE
TEMPERATURA CILII

OPPOSITIS
A JOHANNES
M. MICHAELIS

IN
MAGISTER
JOHANNES MICHAELIS

A. D. 1774
Rostock

FELICITER!

Theſis I. Politicæ eſt tradere doctrinam de S. B. H. Virtutibus & Vitiis moralibus; in ſpecie de Temperantia & ejus extremis.

§. I.

Cujus diſci-
plinæ Phi-
loſophicæ
ſit tractare
de ſ. b. h. &
Virtutibus
moralibus.



Modo de Fine ac medijs actionum huma-

narum agere non ſit ſcientiæ alicujus Theoreticæ, ſed Practicæ facile patet; tot dantur Scientiæ ſive partes Philoſophiæ objecto ac fine di-
verſæ, atq; de his philoſ. vocab. æquivocè dicitur

l. 6. Metaph. c. 1. & 2. l. 13. Met. c. 7. §. Si ad con-

2.
Non Theo-
reticæ ut
Sapientia
prima.

templativam ſpectaret, conſiderationis Theologicæ ſive Sapientia primæ, phyſicæ ſive Sapientia ſecundæ, aut Mathematicæ eſſet. At Me-
taph. ſive Sap. abſolutè dicta Subſtantiam immobilem declarat, & prima
principia, varias Entis ſignificationes, affectiones, differentias, ut oſten-
dat Deum eſſe primum ens immobile, unum, vivens, intelligens, æter-
num, optimum, formam, finem, efficientem primam. Nec opus, obje-
ctum ejus conſtituamus Ens quat. Ens, aut principiorum primorum con-
ſiderat: ad Noologiam, Dei, ad Pneumat: tanq. peculiare Phil. partes
referamus l. 1. Metaph. c. 1. & 2. l. 7. c. 11. §. Secunda Sapientia con-
templatur Subſtantiam Mobilem, generationi ac naturali corruptioni
obnoxiam, vel ab his mutationibus immunem, hinc Phyſica prior ejus
pars, naturalis ſubſtantia principia, affectiones, ſpecies, partes & opera-
tiones perpendit, altera retinet nomen totius diſciplinæ ſap. ſec. *Phyſicæ.*
& de Cælo, primo Motore, ſtellis, intellectu, quæ per naturam neq; gene-
rantur neq; corruptuntur agit l. 4. Metaph. c. 1. & 2. l. 6. Met. c. 1 l. 2. Phyſ.
c. 7. l. 1. de Cælo c. 2. §. Mathematicæ ſcientiæ quantitatem à Materia
ſenſibili abſtractam continuam ac diſcretam explicat, de Numeris eo-
rumq; attributis Arithmetica, de figura lineæ &c. Geometria; de alijs
prout numerabiles aut menſurabiles, entibus Mathematicis, aliæ partes
Math. docent accuratè, ut autem certitudinem Math. non oportet in
alijs ſcientiis quærere, ſic neq; abſtractionibus extra Math. opus eſt *Mathematicæ.*

ὁ μαθηματικός πρὸς τὰ ἐξ ἀφαιρέσεως τὴν θεωρίαν ποιεῖται l. 13. Metaph.

A

c. 3. l. 2.

nisi per accidens.

Nec Effectiva.

7. Sed practicae & quidem praecipuae ejus Partis.

c.3.l.2. Phys. c.2. §. His ergo quorum finis contemplatio veritatis l.2. Metaph. c.1. nihil commercij est cum S.B.H. tanq. sine pratico, & Virtutibus Moralibus tanquam mediis, nisi per accidens, cū sapientia prima imperet prudentiæ, adeoq; scientiæ de prudentia, objectum & finem præscribat, fieri potest, ut physic^o aut Mathematic^o simul sit prudens Politic^o, quamvis no sit necesse, ut Mathematic^o sit prudens, physic^o, aut Metaphysic^o, Juvenes, inquit, Phil. l.6. Ethic. c.9. rerū usum ac experientiam no habent, quippe hæc cōparantur diuturnitate temporis, inde cōsideratione dignū, *διὰ τὴν μαθηματικὴν μὲν πᾶσι γινώσκειν ἀνθρώποις δὲ ἢ φυσικὴν, ἔστι*, cur puer Mathematicus fieri possit, sapiens aut physicus non; an quod Mathematica abstracta sint ac fidem assensumq; simplicem postulent, reliquorum principia usu experientia constant. §. Effectivæ scientiæ de artium operationibus ac operibus sollicitæ, tot partes habent quot artes & de artibus scientiæ dantur, quæ possunt esse infinitæ, aut certè sunt plurimæ, l.1. Soph. elench. c.8. harum finis effectio *πείσις*, discrimen vero inter effectiōnem & actionem ex vulgari ac quotidiano sermone notum, cum ædificatores non agant domum, nec sartores vestem, statuarij statuam, sed efficiunt; nec magistratus efficiunt justa, liberalia, nec viri prudentes mansuetudinem, temperantiam, sed agunt, *πρᾶξις μὲν δὲ καὶ πρὸς αὐτῶν καὶ τοῖς ἐξωτερικαῖς λόγοις*, credendum in his est (non libris Exotericis à philosopho scriptis, distinctio inter libros Arist. Exotericos & Acroamat. ex Gell. l.20. Noct. Att. c.4. Cicer. l.5. de finibus, Plutarcho in vita Alexandr. p. 668. & advers. Colot. p. 115. de prompta, exigua conjectura nititur) sermonibus vulgaribus l.6. Eth. c.6. doctrina autem de fine & actionibus humanis non est *πρᾶξις*, cum artifices illam neq; tanquam materiam præparare, neq; tanquam præparata materia uti possint, neq; se habent tanquam operationes, aut opera per operationem producta, ut ædificatio & domus, curatio & sanitas; l.1. Eth. c.1. l.2. Phys. c.2. §. Videamus num quæ proposuimus ad Philos. Practicam referri possint, cumq; variæ ejus sint partes, quæritur cujus scientiæ sit finem ultimū act: hum: & media ad hunc ducentia, considerare? promptè responderi poterit, hoc, ex scientiis practicis, illi jure competere, ad cujus finem tendunt fines reliq; scient: practicarū, quæ præscribit ac imperat iis tanquam principaliss. & domina, quæ utitur rhetoricā, oeconomicā, militari, nauticā, ædificatoriā alijsq; quæ suo modo practicae vocantur.

vocantur, quæ est Architectonica inter practicas; ut aliàs in artibus; primaria, præscribit reliquis efficienda, illarumq; ministerio utitur, quo finem assequatur; huic subordinantur fines reliquarũ, ejusq; finis est melior. §. Idem accidit in aliis operandi facultatibus, finis artis frenestoriaræ & ephippiariaræ, ordinatus est ad finem artis equestris, equestris, ad milit: milit: ad finem ducis bellici; artis botanicæ, chirurgicæ, pharmacop: ordinatus est ad finem artis Medicæ, finis Math. ad Physf. hujus ad Sap. primam spectat, facult. vegetativæ animæ in homine, ad sensitivam & locomotivam, hæc ad facult. deliberandi ac intelligendi. Semper finis primariæ sive Architectonicæ per analog. dictæ facultatis, præstantior magis eligitur. I. I. Metaph. c. i. l. 6. Eth. c. 8. l. 7. Eud. c. ult. §. Hoc nulli competit, nisi Politicæ; sive scientiæ de prudentia Civili, rectè *Politica* scientia vocatur, non quod finis ejus ultimus sit cognitio & contemplatio, hæc enim parum aut nihil facit ad bene agere, bene vivere & civilem felicem esse, quæ idem sunt, l. 2. Eud. c. i. neq; propter theoriam quæritur quid sit virtus, sed propter praxin, Practicarum scientiarum præter cognitionem, finis est alius, non magnopere volumus scire quid sit Temperantia, sed temperantes esse, quemadmodum sanum esse, bene habere, melius est, quam sanitatem & bonam corporis constitutionem cognoscere l. i. Eud. c. i. Politicus is demum, qui res honestas agere instituit, ipsarum gratia, reliqui ad verba confugientes, dum in hac parte philosophari se arbitrantur, similes sunt ægrotis, qui medicos diligenter audiunt, sed nihil eorum, quæ ab illis præcipiuntur, facere volunt l. 2. Eth. c. 2. & 3. §. Falsum autem est, quod omnis Scientia sit habitus theoreticus, in theoria acquiescens, datur Scientia & contemplatio practica & huc refertur Politica, tum quod universale & necessarium objectum habeat, (ut S. B. H. Virt. Mor.) quod non est ens per accidens, cujus non datur scientia, ac circa quod Sophistæ, fucatam scientiam profitentes, versantur l. 6. Met. c. 2. l. 13. Met. c. 7. tum quod demonstrationes ex necessariis, propriis & scientificis principiis hæc reperiuntur, ut quæ ex definit. S. B. h. & Virt. Moral. conclusiones deducuntur, tum quod scientificè doceri possint, quæ in practicis occurrunt. Universale signum scientis, docere posse l. i. Mer. c. i. §. Ridiculus sit qui dicit artem sagittandi, arma tractandi, equitandi, posse doceri, ducendi exercitus rationem, fortuitam esse, & magis ridiculus qui solam prudentiam (aut scientiam, deprudentiam) doceri posse negat, sine qua reliq. artium usus est nullus,

8.

*Cum finis
subordinatur
speciet
ad finem
subordinantis.*

9.

*rectè dicitur
Scientia
Practica.*

10.

*Principia
Scientificæ
obtinere.*

11.

*Et doceri
potest.*

nullus, nullum emolumentum, & qui Virtutem doceri non posse affirmat, is Virtutem esse negat, si per assuefactionem & institutionem ea comparatur, qui disci eam vetat, is ne existat ea, quantum in se est, im-
pedit, ut Plutarch. p. 439. loquitur, conf. l. i. post. c. ii. l. i. Metaph. c. i.
l. 6. Eth. c. 3. §. Quamvis vero hæc vulgo dicantur pertinere ad Ethicam,

12.
Non recte
hæc doctr.
vocat
Ethica di-
stincta à
Politica.

quæ sit peculiaris Phil. Pract. pars, agatq; de iis, quæ indifferentes se habent, ad statum solitarium, Civilem & Oeconomicum. In hac tamen opinione acquiescere non possumus; Ethicæ vocab. non ea sine à philo-
sopho adductum, ut Phil. practicæ disciplinam à Politica distinctam, notaret, sed quo esset prima pars Politicæ, hinc considerationem finis ultimi omnium actionum humanarum refert ad Politicam, l. i. Eth. c. 2. 4. 9. 13. quodq; Doctrina de Moribus pars sit & principium Politicæ, in universum illa tractatio non Ethica, sed jure Politicæ appellanda, justum ut tractatio de S. B. & moribus sive Virtutibus dicatur Politica l. i. m. mor. c. i. lib. i. Eth. c. ult. l. i. Rhet. c. 2. §. Proinde duæ partes Politicæ,

13.
Duæ sunt
partes
Politice.
i. Ethica.

una usitato dicitur Ethica, rectius prima Politicæ pars, omnia quæ hic proponuntur practica & Civilia sive Politicæ sunt, extra Politicam Societatem obtineri aut exerceri non possunt; de S. B. Humano, constat, quod sit Civile, optimæ facultatis finis optimus, Politicam vero optimam, totius civitatis bonum principalissimum & Civile, cum principalissima Societas sit Civilis; uti omnis Societas est propter finem sive bonum quoddam, ita primaria Societas est propter ultimum & summum bonum l. i. Polit. c. i. l. 13. c. 12. l. 7. c. 1. adeoq; extra civilem Societatem hoc bonum non est quærendum, cum nullibi alias dentur, quæ ad hoc sufficiunt. §. Neq; obscurum Virt. Morales in Eth. consideratas esse Civiles ea de causa quod ad Remp. sive civitatem respectu habent, appellantur communi nomine justitiæ; maxime imperantibus sive optimæ Civitatis parti competunt, ut temperantia, justitia distributiva, Magnif. Magnanim. &c. quæ sine prudentia Civili extra statum Civilem non exercentur, de reliquis Virt. id affirmand. esse cuilibet apparet, liberalitatem, justit. mansuetud. fortitudinem, in solitario statu sed in Civili florere evidens est, l. 5. Eth. c. 3. §. De temperantia, cujus gratia præsens

14.
omnia quæ
in Ethica
per tra-
ctantur
sunt Poli-
tica.

πραγματεία suscepta, incertum videtur; at, quo pacto illa σωφροσύνη quasi conservans prudentiam, extra civilem societatem collocari poterit? cum impossibile, ut sit vir prudens, qui quod bonum videre potest & agere vult, qui non est temperans, ἐν τῷ καὶ τὴν σωφροσύνην τέτρω-
σεν.

15.
In specie
Doctr. de
Tempe-
rantia.

ἡ σωφροσύνη τῶν ἠθῶν, ὡς σὺν τῇ φρόνησιν, ex eo sortita est
 nomen Temperantia, quasi conservatrix prudentiæ, existimationem enim
 Civilem tuetur & conservat, quam dolor & voluptas destruit, prudentis
 officium est de iis quæ ad bene beateq; in Civitate vivendum conducunt,
 optimè consultare, corrumpit vero & invertit deliberandi facultatem,
 voluptates illicitæ sive intemperantiæ studium l. 6. Eth. c. 6. & 13. §. Cumq; 16.
 Temperantia ut reliquæ Virt. Moral. sit habitus prælectiv⁹, & temperanti Temper.
 opus sit licentia & facultate, qui autem extra Societatem Civilem degit, nō non exer-
 ex deliberato consilio, sed ex necessitate à voluptatibus corporis im- cetur in
 modicis abstinet, non habet, circa quæ intemperanter vivat. Necessarium statu soli-
 vero, quod aliter se habere nequit, non est bonum morale, ultra fugam tario,
 malificum, id quod appeti & delegi debet, Plutarch l. non posse suav.
 vivi secund. Epicur. p. 1091. §. Temperantia sub justitia universali com- 17.
 prehenditur, ac h. m. respectum ad civitatem involvit; quam non obti- continetur
 net cui ipsa vita molesta est l. 4. Eth. c. 14. l. 9. Eth. c. 9. l. 10. c. 10. c. 8. sub justitia
 Temperantia & liberalitas sunt circa usum rerum possessorum, multa universali.
 justitia, multaq; temperantia iis opus qui optimè rem gerere videntur,
 quiq; rebus omnibus fortunatis perfruuntur. Hi tanto magis philo-
 sophiam, Temperantiam & justitiam postulent, quanto magis in talium
 rerum copia & libertate otiosè vivunt, sic beatam Civitatem suis Virtu-
 tibus instructam esse patet l. 2. Polit. c. 6. l. 7. polit. c. 15. §. Quod nec 18.
 reliqua in Eth. pertractata, ut Amicitia, quæ cum Virt. moral. con- Doctr. de
 juncta & necessarium ad S. B. obtinendum requisitum est, & Voluptas Amicitia
 honesta de rebus bonis, quæ itidem cum Virtuosa actione connectitur, & volupt.
 sint extra Civilem societ. quaerenda, pater; cum sine amicis nemo vitam est Politica
 humanam expeteret, neq; esse potest, nisi jucunda tali modo sit; adeoq;
 omnia Ethicæ præcepta sunt Politica l. 8. Eth. c. 1. l. 10. Eth. c. ult.
 Neq; tutum, neq; facile, neq; Civile, neq; hominis, sed ὁσπές & trunci
 genus vivendi est, ubi quis umbratilem, solitariam ac amicorum exper-
 tam vitam longissimè à Rep. ducit, cibus & abstinentia, motibus &
 quiete utitur, necessitate quadam sibi ultro imposita. Hortabimur, in-
 quit Plutarch. l. de tuenda san. p. 135. Civilem hominem, ut in rebus par-
 vis remissionem admittat, otio, voluptati honestæ & quieti indulgeat,
 ut queat ad præclaras actiones Reip. causa sustinendas, afferre corpus
 non lassatum laboribus. §. Altera Politicæ pars, nomen generale five 19.
 totius retinens, (nō secus ac Justitia, univ. & particularem dialecticam omnē
 A 3 discipli-

2. Pol. pars disciplinam quæ orationem formare docet, & specialiter quæ probabili-
vocatur lem indicat) agit de optima Rep. aliisq; bonis ac malis rebus. si modo
Politica in malæ sint Respubl. quæ se habent ut inordinatus ordo, domus destructa;
specie di- Quod ista posterior Politicæ pars non sit sollicita de his quæ in th. dixi-
ctæ. mus, manifestum, quia præcipue de Subjecto felicitatis Civilis: de Cive,
 de sufficientia ad finem humanum conservandum, de opibus earumq;
 acquisitione, de legibus earumq; observatione differit l. i. polit. c. 4. l. 7.
 pol. c. 8. est enim Civitas multitudo non forte oblata, sed societas simi-
 lium, vitæ, quoad ejus fieri potest, optimæ gratia instituta, quæ ad vitam
 degendam suis ipsa bonis contenta; adsunt in illa 1. victus 2. artes 3. arma
 4. pecunia 5. rerum divinarum cura 6. judicia de rebus justis & utilibus
 inter Cives. §. Oeconomicam, secundam phil. pract. partem consti-
 tuere, & à Politica differre, sine, objecto, imperantiumq; ratione con-
 sideranti obvium est; cumq; de felicitate domestica, & domo ac quæ
 in ea vigent Societatibus tribus simplicibus, Sociorum Virtute, jure,
 ac Amicitia differat, de his quæ in th. posuimus, non agit. §. Hæc sub-
 ordinata sunt objecto ac fini Politicæ Architectonicæ, cum Oecon-
 omicæ actiones Politicis inserviant, ut Materiam futuræ Civitatis com-
 parat, Societas Mariti & uxoris cujus finis est liberorum procreatio, præ-
 parat ad statum Civilem homines Societas Parent. & liberorum per infor-
 mationem & educationem, acquirit instrumenta ad bene vivendum,
 tertia Soc. inter Dom. & servos. §. Uti vero administratio domus &
 felicitas Domestica non sunt partes administrationis Civitatis vel Civilis
 felicitatis, sic neq; Oecon. pars est Politicæ; sed prudentia Oecon. &
 scientia de illâ, ordinata est ad prudentiam Polit. & Scient. de illa prudentia,
 uti artes quæ materiâ cõparant præparant vel instrumenta fabricant, ordi-
 natæ sunt ad illas, quæ utuntur materia acquisita & instrumentis fabricatis,
 neq; tamen sunt earum partes; ut pharmacop. & Medica, pannifica &
 Sartoria, coriaria quæ coria lixivio elaborat & tutoria, l. i. Oecon. c. 1. l.
 6. Eth. c. 8. l. i. Polit. c. 7. §. Doctrina, quæ hæc juxta th. nostram
 considerat, non est Prudentia, quæ singularium, per actiones singulares
 acquiritur, competit verè virtuosus, sed scientia de prudentia, quæ occu-
 pata circa universalia, ex præceptis disci potest, ac vitioso quoq; con-
 venit; Norunt vitiosi quid sint virtutes, non autem agunt virtuosæ, ex
 deliberato consilio vitia committunt, frustrantur sine Scientiæ practicæ
 & rerum agendarum quæ non est cognitio, sed actio. §. Eo fine nostra
 tractatio

20.
Oeconomica
alteram
Phil. Pract.
partem in-
dicat.

21.
Subordi-
natur Po-
liticæ.

22.
nontamen
ejus pars
est.

23.
Præsens
doctrina
nō est pru-
dentia sed
Scientiæ
Politicæ.

24.

tractatio proponitur, ut juxta illam agendo scopum & Scientiæ & prudentiæ obtineamus, idem uterq; finis, de quo illa docet in universalis, quis sit & quomodo acquirendus, eum hæc in singulis actionibus perspicit cum virtutibus moralibus ac per eas acquirit l. 10. Eth. c. 10. l. 6. Eth. c. 8. & 12. §. Huic Scientiæ, quod omnibus scientiis est commune, tribuitur, dum contraria pertractat, sensus & scientiæ sunt contrariorum, amarum dulce gustus, album nigrum visus, frigidum calidum tactus, contrarios sonos auditus, odores oppositos olfactus percipit & discernit, Physica de luce & tenebris, de recta & obliqua linea Geometria, de Potentia & impotentia Metaphys. de Domino & servo Oeconomica, de regno & tyrannide Politica specialiter dicta agunt; §. Inde a quibusdam artibus ad unum oppositorum destinatis, distinguuntur, exceptis duabus artibus Rhetorica, quæ laudare vituperare, accusare defendere, & Dialectica, quæ thesin probabilem confirmare & impugnare monstrat, nullæ dantur, quæ laudem habent, si contraria efficiant, l. 13. Met. c. 3. l. 3. de anima c. 2. l. 2. de partib. animal. c. 10. l. 1. Rhetor. c. 1. l. 1. Top. c. 3. at Politicæ pars prima cum scientiæ nomen jure meritissimo obtineat de Virtutibus Moral. & vitiiis, de Temperantia ejusq; extremis agere instituit; §. Et licet quædam afferat quæ Medicorum aut Jætorum videntur propria, propterea tamen neq; Medica neq; Juridica erit; nec crimen Philosophis intendendum quasi limites transierint, quoties vel de sanitate per temperantiam tuenda, vel de præmissis cæpensis à Magistratu Temper vel Intemperantibus constitutis differunt, cum his sit commune, felicitatem civilem curare, & jucunditatem necessitati junctam proponere. Plutarch. de tuenda sanitate p. 122. conf. Disp. de S. B. H. Nostri Thaletis Dn. M. Wichelmanni, Anno 1643. habitam.

Th. II. Omnes Virtutes morales in mediocritate, quam Vir prudens definit, consistunt, & circa voluptates ac dolores versantur, adeoq; & Temperantia, media est inter duo extrema, ac medium optimum in voluptatibus perfruendis & doloribus fugiendis quæ tactu deprehenduntur, observat.

§. 1. Virtus moralis designat unam significationem Vocab. ambig. Virtutis. Dicitur Virtus perfectio *ἡ ἀρετὴ τελείωσις πρ*, cum unum quodq; propriam Virtutem, magnitudinem aut essentiã accepit, perfectu dicitur, Vitium est corruptio hujus & interitus l. 7. Phys. c. 4. l. 5. Met. c. 16.

Virtus

Cujus finis est praxis.

25.

Quæ considerat contraria.

26.

Quod quibusdam artibus non competit.

27.

Cur quædam Juridica ac Medica hic proponantur.

Virtus subiectum suum & operationes ejus perficit, Virtus oculi qua bene cernimus, Virtus equi bene currere, trahere, ad hostes expectandos expeditum & paratum esse in bello, fanitas, robur, & alia hujusmodi

2.
Virtus Naturalis.

Virtutes corporis appellantur l. i. Rhet. c. 5. & 9. l. 2. Eth. c. 5. §. Dicitur Virtus naturalis, qua homines quidam per naturam apti, ut recipiant bonos mores & Virtutes morales, assuefactione ac crebris exercitiis, Virt. Mor. non sunt à natura, nemo nascitur virtuosus, neq; præter naturam, apti nati sumus ad illas recipiendas, recipimus vero more, & agendo habitum comparamus, ut impossibile est esse ædificatorem, qui nihil ædificaverit, aut qui planè ineptus ad præcepta artis ædificatoriæ, sic Virtutes morales usu & assuefactione acquiruntur, præsupposita naturali aptitudine l. 2. c. 1. l. 9. Met. c. 5. & 7. l. 6. Eth. c. 13. Virtutes naturalis sunt impetus sine ratione ad actiones virtuosas, & cooperantur rationi siue deliberationi prudentis l. i. M. M. c. 35. & l. 2. c. 7. §. Dantur quoq;

3.
Virtutes Intell. tantum duæ. 1. Sapientia.

Virtutes diaoeticæ siue intellectus Sapientia & Prudentia; Ars & Scientia non sunt Virtutes, sed tantum habitus animæ, sufficiunt duæ Virtutes intellectus, una, ne erret circa illa quæ contemplanda sunt, nempe Sapientia continens intellectum primorum principiorum quæ certissima & per se notissima, l. 4. Met. c. 3. ac Scientiam rerum natura præstantissimarum. §. Non necessum, peculiarem habitum intelligentiæ constituere, quicquid in hoc occurrit, refert Phil. ad Sapientiam, quæ primam partem suæ tractationis impendit in explicat: principiorum primorum;

4.
Habitus intellig. non est distinctus à Sapientia prima.

non secus ac paulo ante de Ethica tanquam prima parte Politicæ dictum; quod si separaretur intellectus principiorum talium à Sapientia, mutila erit; quamvis enim Philof. l. 6. Eth. c. 3. quinq; habitus enarrat, non tamen hoc vult, quod tot distincti habitus Intellectus dentur, sed quod in univrsum & generaliter loquendo ex hypothesi tot statuere quispiam posset, postea enim omnia intelligentiæ requisita, ad Sapientiam tanquam univrsalissimam, maxime divinam, honoratissimam reducit, ut nulla detur quæ de dignitate cum hac certare possit l. 6. Eth. c. 6. & 7. l. 10. Eth. c. 7. & 8. l. 1. Met. c. 1. & 2. l. 1. Magn. Moral. c. 2. §. Id non est rarum ap. Philof. quod numerum quarundam rerum primo ponat *ὡς περὶ αὐτῶν*, post diligentius singula perpendens illum minuatur, unum ad alterum reducendo, ut fallacias propter dictionem 6, extra dict. 7, constituit, omnes vero ad ignorationem elenchi transfert, l. 1. Soph. Elech. c. 4. 5. 6, plurimos modos syllogisticè colligendi in prima, secunda

5.
Quomodo phil. quinq; habitus intellig. constituat.

& tertia

& tertia figura ad paucos refert, discernendo utiles ab inutilibus l. 2. prior
 c. 2. seqq. quatuor Mutationes naturales, ex subjecto in subjectum, ex
 non-subjecto in non subjectum, ex non subjecto in subjectum, ex subje-
 cto in non-subjectum, reducit ad tres, omittendo illam, quæ est ex non
 subjecto in non-subjectum l. 5. Phys. c. 2. §. 1. & 2. l. 5. Phys. c. 2. §. 1. & 2.
 Regnorum species quinque; Heroicum, Barbaricum, Tyrannicum, Mi-
 litare, *παμβασιλείαν* ad duas refert l. 3. Pol. c. 14. 15. tres Philosophi-
 theoreticæ partes Mathem. Phys. Theolog. ad duas reducit l. 6. Met. c.
 1. l. 4. c. 2. Idem h. l. in constituendo numero habituum intellectus
 contingit, quinque; ponit, sed intellectum post ad Sapientiam refert, quæ
 sit una Virtus intellectus sive pars ejus Virtutis universæ l. 6. Eth. c. 13.
 §. Altera Intellectus Virtus est Prudentia, dirigit ac perficit intellectum
 in rerum activarum cognitione, quæ principium ac finem omnium ac-
 tionum humanarum novit & determinat, sine hac Virtus moralis proprie
 dicta, acquisita, esse nequit, quamvis naturalis esse possit, hæc tantum
 solertiam aliquam requirit, nam ut prudentia solertia similis est non-
 eadem, sic proprie dicta Virtus cum naturali comparatur, *ὡς ἡ Φρόνη-
 σις πρὸς τὴν δεινότητα. & ταῦτ' ἄν ὁμοιον ἦ; ἔτα καὶ ἡ Φυσικὴ ἀρετὴ
 πρὸς τὴν κέρειαν* l. c. §. Neque ulla Virtutes moral. sunt sine pruden-
 tia, neque prudentia sine Virtutibus perfecta, *ἀλλὰ συνεργῶσι πῶς
 μετ' ἀλλήλων ἐπακολουθεῖσαι τῇ Φρονήσει;* sociam sibi invicem operam
 præstant & comitantur prudentiam l. 2. Magn. Mor. c. 3. Arriensis sa-
 pientia Prudentia, Virtus est, quia laudabilis & præcipit ea quæ sunt
 honesta l. 1. M. M. c. ult. §. Artes & Scientia non sunt Virtutes intellectus,
 abusus earum datur, Virtute proprie dicta abuti non licet, non raro
 art. & Scient. usus Virtutum exercitia impediunt, nullibi ap. Phil. Vir-
 tutes vocantur, ipsis proprium Virtutis videlicet laus, absolute non
 competit, nisi quando Virtutem bonitatem & excellentiam habent,
 Virtutis autem non est Virtus, neque id cuius Virtus esse dicitur, sive quod
 habet Virtutem, Virtutis nomen obtinet, ut fortitudinis non est forti-
 tudo, neque corpus est sanitas, si sanitas sit corporis, homo non est corpus,
 sed corpus organicum habet; facies non est pulchritudo, sed faciei l. 6.
 Eth. c. 5. l. 1. M. M. c. 7. & 35. §. Virtus moralis ab his differt, subjecto,
 fine, objecto, definitione; numero specierum, uti respectu Virtutis
 in genere, est quasi species, sic ratione earum, quæ sub isto nomine conti-
 nentur.

6.
 2. *Virt. In-*
tell. pru-
dentia.
 7.
Quæ con-
juncta est
cum Virtu-
tibus Mo-
ralibus.
 8.
Artes &
Scientiæ
non sunt
Virtutes
sed tantum
habent
Intellectus.
 6.
Virtus mo-
ralis ab in-
tell. differt.

B

10.
Virtus Moral.
dicitur
iustitia
universa
& perfecta
Virtus.

nentur genus, singulae de eius natura participant, alio nomine iustitia universalis, perfecta universa Virtus, optimus habitus in moribus dicitur l. 4. Eud. c. 1. §. Iustitia appellatur, quod in solitario statu non spectetur, sed sit Politica, referatur ad alios tanquam alienum bonum, quod conducatur Principi, Republicae, Civibus, ideo perfecta, quia ea praeditus, non solum erga se ipsum sed maxime cum aliis & erga illos virtuosus est, universa Virtus & Virtutum excellentia, qua quis optimus, dum non tantum sibi & secum, sed cum aliis & erga alios Virtutem colit. Homines hominum causa generati sunt, ut ipsi inter se alij alijs prodesse possint, partem nostri Patria, parentes partem vendicant, partem amici Cic. l. 1. offic. l. 1. Eth. c. 5. l. 5. Eth. c. 3. fulget magis quam hesperus vel lucifer

11.
Subject.
Virt. Mor.
est appeti-
sensit. ho-
minis.

ὡς ἀπύρρα, ὡς ὄρα ὁ σπυδαί. circa omnia in quibus Vir bonus occupatur, versatur, omnia jura legitima legibus ad reip. gubernationem utilibus descripta, sunt causae τῆς ὄλης ἀρετῆς l. 5. Eth. c. 4. & 5. §. Manifestum, ejus Subjectum esse Appetitum sensitivum hominis, in illo sunt affectus emendandi per Virtutes, reluctatur rationi sive rectae deliberationi, & hinc pars bruta sive irrationalis appellatur, cum per se expers sit rationis, si tamen non sit à nimis voluptatibus plane pessundata, talem naturam habet, ut rationem audire, ad eam se convertere, parere & conformari ab ea possit, hinc rationalis vocatur. §. Uti igitur hoc discrimen inter ration. & irration. non proprie Animalis, sed appetitui con-

12.
Qui dividi-
tur in ra-
tion. & ir-
rationalē.

venit, vel numeris ac entibus Mathematicis l. 10. Euclid. propos. 20. seq. l. 1. Mag. Moral. c. 5. ubi juxta, communem sententiam, & sermones exotericos ac vulgares, animae facultas ita dividitur, quod una possit imperare & agenda recte praescribere quae rationalis, altera obtemperare ac secundum praescripta facere, & appetitus rationalis dicitur voluntas, irrationalis ira & concupiscentia, cupiditas quaedam rationalis quaedam Irrationalis l. 1. Rhet. c. 10. & II. l. 2. Eud. c. 1. l. 1. Eth. c. 13. conf. Plutarch. p. 441. de Virtute morali; §. Sic omnino evidens est, non dari ullam partem in homine magis accommodatam ad Virtutes recipiend. quam Ap-

13.
Quomodo
rationi ob-
temperet
irrationalis
facultas.

petitum sensitivum. Qui enim non assequuntur, inquit Plutarch l. c. quomodo brutum, rationi obtemperare possit, ij mihi non videntur vim rationis perspicere, quanta sit ea, quo penetret imperando ac ducendo, non duris ac refractariis ductibus, sed persuasionibus ac concedendo plus quavis necessitate, ac vi confidentibus. §. Haec animae humanae facultas indiget virtutibus, & per assuefactionem ejus operationes corri-

guntur,

guntur, ne circa voluptates ac dolores excedant vel deficiant, dividuntur *Huic com-*
 Virtutes, quod quædam concupiscentiam, quædam iram moderentur, *petit agere*
 cum appetitus sit duplex concupiscibilis & irascibilis, huic propriè com- *& per as-*
 petunt in quibus consistunt Virtutes, nempe actiones. §. Virtutis laus *suefact.*
 omnis in actione, cujus non est appetitus, illius nec operatio sive actio, *emendari.*
 qualis soli homini competit, nullum inanimatorum nec animatorum agit *15.*
 excepto homine l. 6. Eth. c. 2. & l. 1. M. M. c. 12. & eorum quæ aguntur *quid reliq.*
 præter actionem non est finis alius, l. 1. M. M. c. 35. Voluntas est *facult. ad*
 proponere finem, deliberandi facultatis consultare & commodissima *Virt. actio-*
 media eligere; appetitus autem agere; id enim quod bonum aut malum *nem con-*
 est vel apparet, movet appetitum sensitivum ad appetendum aut fugien- *ferant.*
 dum necessario; sed ad istius consecutionem, agere & non agere licet, unde
 actio libera ac spontanea sive ex deliberato consilio suscepta appetit^o sensi-
 tiv^o secundum naturam obedire debet rectæ deliberationi, adeoque assivefacien-
 dus ut verè bona appetat, verè mala fugiat l. 3. Eth. c. 4. s. l. 5. Top. c. 1. §. 5.
 §. Finis hujus Virt. est actio, hic enim facta majorem fidem merentur *16.*
 quam verba, hic finis non est habitus sed actio, quæ melior habitu, veri *Finis Virt.*
 sermones de Virtutibus, quando cum factis congruunt, fidem faciunt; l. 10. *moralium.*
 Eth. c. 1. l. 1. M. M. c. 20. §. Objectum quoque sunt res agendæ, vo- *17.*
 luptas & dolor, Omnem actionem ac passionem dolor sequitur vel vo- *Objectum.*
 luptas, & virtus quæ circa voluptates ac dolores versatur Optimarum
 rerum est operatrix, constat per inductionem, quod voluptas ac dolor
 comitetur omnia quæ sub electionem cadunt, ac quia difficillimum
 est voluptates refrenare, Virtuosi actiones in eo consistunt l. 2. Eth.
 c. 2. l. 2. M. M. c. 7. §. Definitio ex hæcenus determinatis facile constat, *18.*
 cum enim tria sint in appetitu Sensitivo, Potentiæ irascendi, concupi- *Definitio.*
 scendi, Affectus sive motus, amor, ira, concupiscentia, & Habitus quando
 dispositi sumus ad malè vel benè irascendum concupiscendum §. Patet *19.*
 Virtutes non esse potentias, ob has enim nemo bonus vel malus dicitur, *Virt. Mor.*
 nec laudatur aut vituperatur, in sunt quoque natura; nec Affectus, quia hi *non sunt*
 secundum genericam naturam indifferenter se habent ad bon. & mal. laudem *Potentia*
 & vitup. sunt subitaneo motu præter vel contra deliberationem; propter *nec Affectus*
 affectus dicuntur homines moveri, mutari, propter Virtut. vitia benè vel
 male dispositi. §. Adeoque Virtus est habitus præelectivus, (quando se- *20.*
 cundum præscripta & præelecta appetitus deliberativi, prompte & ex- *Sed habitus*
 pedite sensitivus agit.) consistens in mediocritate, (quia acquiritur per
 B 2 actiones

21. *Quid prudentiis ratio.* actiones in quibus medium observatur, & acquisita subiectum reddit ut medio modo se habeat, servando in operationibus Medium personæ, secundū proportionem Geometricam, attendendo circumstantias loci, temporis, personæ &c.) ad nos relata, & ratione sive causa quam Vir prudens definiret & assignaret, determinata. §. Nō opinatur hoc esse Medium & optimum quod agit, sed certo scit Medium terminum, causam ac rationem cur ita agat, & hæc ratio prudentis, movet & incitat eum ad actiones Morales, atq; præstantior esse debet ipsis Virtutibus Moralibus, ac prudentia, nihil vero iis præstantius, nisi contemplatio ac veneratio Dei, finis Sapientiæ, ad hanc ultimò omnes deliberationes & actiones prudentum tendunt l. 2. Eth. c. 4. §. 1. l. 1. M. M. c. 8. §. Hoc Medium quoad nos, omnis Sciens quærit ac eligit, & Virtus quæ omni arte accuratior ac melior est, id tanquam scopum observat, tum quod sit rectè factum & laudem habeat, tum quod hæc sint unum quid, ac uno modo obtineri possint, peccare enim multis modis, rectè agere uno modo licet. Virtus est Medium quia media inter Mala & in operationibus suis Medium invenit ac eligit, est Medium essentialiter ac secundum definitionem, summum in ordine bonorum habituum. §. Uti igitur omnis Scientia Habitus & ratio Medium præcipit, quod nobis optimum, hoc vero habitum optimum generat, sic & h. l. Scientia practica, habitus prælectivus & prudentis ratio, itaq; necessum est Virt. Moral. circa Media quædam versari & medium quoddam Virtutem esse l. 2. Eudem. c. 3. l. 2. Eth. c. 5. & 6. l. 4. c. 7. l. 7. Eud. c. 5. §. Propterea Virtus vocatur Medietas affectuum, eo quod temperare doceat horum impetum, & hoc est arduum & raram, Medium consequi difficile, utq; fiat, avertamus nos ab illo extremo, quod magis à Virtute distat, ac vitemus vitia, ad quæ natura magis prompti sumus, declinando nunc ad nimium, nunc ad parum, & quantum fieri potest; voluptatem fugiamus & γὰρ ἀδύνατοι κενώμενοι αὐτῆν l. 2. Eth. c. 8. & 9. §. Quamvis vero Virtutes respectu extremorum videantur deficere aut excedere, & uni vitio interdum propius accedere, tamen non sunt malæ, cum servant mediocritatem à recta prudentis ratione assignatam, uti æquale ad minus comparatum, est majus, ad majus vero, minus; sic Virtus ad excessum comparata, videtur defectus, ad defectum vero applicata, excessus, Temperantia videtur intemperanti defectus, nimix abstinentiæ dedito, excessus, §. Neq; tamen excessus & defectus Mediocritatis nomen obtinent,
22. *Quale medium Virtus moralis*
23. *Datur in omni habita bona Medium.*
24. *Quomodo acquiram Medium Virtutis.*
25. *Virtus quæ excid. & deficere videatur nihilominus Media est.*
- 26.

obtinent, neq; Mediocritas, excessus ac defectus, quin utrumq; cum *Medium cū*
 Medio pugnat, major tamen pugna est extremorum inter se, quam cum *extremis &*
 cum Medio l. 2. Eth. c. 6. §. In omni actione moralitria occurrunt, *hæc inter*
 excessus, Medium ac defectus, nimium & parum corrumpunt, *Mode se pugnant*
 rata ac Media augent ac conservant subjectum, quod agit aut patitur, & 27.
 Medium in affectu Virtus est, affectus autem non sunt sine voluptate ac *Per induct.*
 dolore; quod per induct. Specierum Virt. Moral. innotescit, unde simul *patet O-*
 Temperantiæ natura cognoscitur. §. Dantur octo species perfectarum *mnem*
 Virt. Moral. in quarum operationibus S. b. h. consistit; Temper. For- *Virt. esse*
 titud. Liberal. Magnif. Modest. Magnanim. Mansuet. Justitia, neq; cum *in Medio.*
 Stoicis 4. tantum ponamus, Prud. Just. Fort. & Temperant. cum prud. sit 28.
 intellectualis, & reliquæ à nobis dictæ Liberal. Magnif. &c. obiecto *Denumero*
 & operandi modo à Just. Fort. & Temp. differant. §. Si vero aliquis *Virtutum,*
 propter contraria objecta Virt. numerum ampliari velit, is duplo ma- *octo sunt*
 jorem numerum proferet; cum singulæ Virtutes circa contraria affe- *perfectæ.*
 ctusq; contrarios versentur atq; sic in volupt. & dol. Medium legitime 29.
 observant; ut Jucunda ac Molesta sensibus imprimis gustus & tactus, *non solū ex*
 aut cum gustus sit Species tactus, illas voluptates ac dolores quæ tactui *objectis cō-*
 deprehenduntur, moderatur Temperantiæ, ne plus justo delectemur *trarius Virt.*
 rerum jucundarum præsentia ac usu, neve doleamus nimium ob illarum *numerum*
 privationem & absentiam. §. Qui igitur à corporis voluptatibus ab- *estimādus,*
 stinet, hocq; ipso delectatur, is temperans est, qui molestia eò afficitur 30.
 intemperans, fursus qui fruitur voluptatibus, quantum, quibus & quan- *Quomodo*
 do decet, neq; dolorem sentit cum non adsunt, Temperans est, qui vo- *Temperās*
 luptates plus expetit quam oportet, ac dolet quando iis frui nequit, in- *mediū te-*
 temperans l. 3. Eth. c. 13. §. Itaq; maxime eam partem appetitus Sen- *neat in Vol.*
 sitivi quæ homines reddit brutis sive pecoribus similes, emendare docet *& dolorib'*
 Temperantiæ, cum enim omnia animalia ad minimum sensum gustus & 31.
 tactus habeant, hi faciunt ad esse animalium, reliqui ad melius esse, *Et vers: cir-*
 consentaneum erat, dari talem Virtutem, quæ ad mediocritatem redigat *ca jucunda*
 hunc appetitum, circa cib. potum ac rem veneream, ne vitam transiga- *& molesta*
 mus tanquam pecora, dum voluptates tactus & gustus affectus nostros *in gustu im-*
 extimulant & nimium recreant, dolor vero ex absentia jucundarum *primustactu*
 prorsus prosterneat animum; §. Quoad reliqua sensibus jucunda, non 32.
 nisi per accidens Temperantiæ spectatur; prout iis aliquid tactu vel *Circa reli-*
 gustu percipiendum continetur ac connexum est, ut quando intempe- *qua per ac-*
 rans *cidens.*

rans suavi odore ac colore rei gustabilis ac tactilis delectatur, non aliter, ac lupus balatu ovium, rapaces aves lusciniæ cantu gaudent. l. 3. Eud. c. 2.

33.
Medium
observat
interduo
extrema.

§. Hæc Virtus Temperantia, ubi partem concupiscentem, est enim Virtus appetitus concupiscibilis, veluti placidum ac obsequens pecus, ratione tractat & gubernat, medium dirigit inter stuporem animi nullo sensu voluptatum affecti, & profusam luxuriam; non abolet, sed componit ac constituit affectus, atq; sic in animo per prudentis rationem victoria paratur, cum ea perturbationibus voluptati ac dolori in cibo potu, & re venerea occupatis, modum mediocritatemq; imponit.

34.
non omnes
Voluptates
& affectus
exterminat.

§. Non conatur omnem voluptatem ac dolorem, aut affectum animo evellere, cum neq; id fieri possit, neq; expediat; cessaret enim prudentis actio, uti gubernator navis, vento nimium tranquillo, non habet, quod agat; si omnes voluptates & dolores exterminarentur, adeoq; finem iis quendamq; ordinem imponit, ut gaudeat honestis & moleste ferat turpia, quo liberalis institutionis sine, neq; major potest ullus, neq; pulcrior nuncupari.

35.
Sed immo-
deratas
qui impedi-
unt rationem
prudentis.

§. Dijudicamus facile utrum affectus impediunt vel non impediunt rationem, & Virtutis exercitia, illi, qui meliori animæ parti nocent, compescendi sunt, ut ij qui ab ebrietate sibi metuunt, non efficiunt vinum, sed diluunt, ita affectus non abolent, qui perturbationes timent, sed iis moderantur. Confer Plutarch. de Virt. Morali p. 451. & l. 2. M. Mor. c. 10. §. Evidens nempe Temperantiam aliasq; Virt. Moral.

36.
Extrema
Intemperantia.
& Stupiditas

inter duo extrema constituta esse, Excessus, quando quis nimium voluptatibus inhiat, & dolores profus perferre nequit, eo quo decet modo, Intemperantia vocatur, defectus nomine ferè caret, aut insensibilitas, nimia abstinentia vel simili vocab. exprimitur. Non dantur exempla eorum qui omnibus volupt. abstinere potuerint, novi, quod de D. Adr. Falcoburgio Prof. Med. Lugd. quem vidi, relatū fuerit, ipsum nunq. sensisse affectum venereum, & Jesuita quidam Michael V det; de se id non semel mihi retulit. Rara est; neq; ad omnes voluptates se extendit hæc abstinentia. Ad ostentationem factæ ac Sophisticæ abstinentiæ vitandæ sunt, earumq; jactationes, ipsi ap. nosmetipsos condoco faciamus appetitum, ne invitus pareat utilitati; cominusq; avertamus animum ab illiberalibus. Vitam diligè optimam, dulcem eam consuetudo faciet; monet Plutarch. l. de tuenda sanitate p. 122. §. Uti vero ἀκολασία

37.
Quid
ἀκολασία

nomen intemperantiæ per Metaphoram accepit; cum se habeat tanq. puer ἀκόλαστος, immorigerus, si non reprimatur actus concupiscentiæ,

pifcentiæ, naturalem propenfionem nõ tantũ auget, fed rationem & de-
 liberandi facultatem, cui obtemperare debet, superat; §. Sic quia raro
 reperiuntur, qui voluptatum illecebris quæ in gustu & tactu sunt, non
 afficiuntur, in quibus omnium voluptatum averlatio datur, vix nomine
 digni sunt, *ἔσωσαν δὲ ἀνάσθηται*; in hujusmodi enim, perspicuitatis
 gratia *ὀνομαζοποιεῖν* concessum; sed videndum, ne hæc licentiã abuta-
 mur & barbararum distinctionum ac vocum farraginem, ex Scholastico-
 rum doctrina, approbemus l. 2. Eth. c. 7. l. 3. c. 15. §. Quando ad vo-
 luptates & dolores Corporis referuntur Virtutes morales promiscue,
 & in specie Temperantia, non putandum, quibuslibet partibus sensu
 præditis, quælibet jucunda ac tristia convenire, oculis, auribus, ea quæ
 visu vel auditu molesta vel grata sunt competunt, quia gustum ac tactum
 afficiunt maximè linguam & membra genitalia concernunt; quodlibet
 igitur membrum, ut propriam, Virtutem naturalem obtinet, sic &
 servandum est, ne exorbitet circa objectum proprium, ut lingua in gustu
 tibi & potus, pudenda, in venereis; §. Ita Circa Metum & fiduciam,
 Fortitudo, Medium, audacia excessum, timiditas defectum notat;
*Φθίρεται γὰρ ἡ σωφροσύνη καὶ ἡ ἀνδρεία ὑπὸ τῆς ὑπερβολῆς, καὶ τῆς
 ἐλλείψεως, ὑπὸ δὲ τῆς μεσότητος σώζεται*, ut temperantiam & forti-
 tudinem perimit nimium ac parum, sic mediocritas conservat l. 2. Eth.
 c. 2. l. 3. c. 9. seq. §. In opibus ac divitiis, Liberalitas medium, prodiga-
 litas excessum, avaritia defectum, in magnis sumptibus, Magnificentia
 medium, luxus excessum, indecora parsimonia defectum. §. In hono-
 ribus Modestia medium, ambitio excessum, honorum contemptus de-
 defectum, in magnis honoribus Magnanimitas Medium, superbia excessum
 pusillanimitas defectum indicant; §. In vindicta & ira medium observat
 Mansuetudo, excedit Iracundia, deficit nimia Indulgentia, Justitia
 particularis, quæ in contractibus vim corrigendi ac emendandi habet,
 vel quæ in distrib. honoribus pecunia aliisque rebus inter Cives dividendis
 obtinet, Medium, injustitia communi nomine excessum & defectum,
 designat. §. Necessum non est, propterea, quia secundum magis & mi-
 nus tantum differre videntur Liberal. & Magnif. Modestia & Magnanim.
 & quia opposita Magnanim. ac Magnif. adeo mala non sunt, quam reli-
 quarum Virt. negare, has esse Virtutes Specie diversas; §. Jam dudum
 desunt esse verum tritum illud; magis & minus, non variant speciem, rota
 doctrina

38.

*Quid averti
 ἰησία.*

39.

*Non refer-
 tur volupt.
 & dol. ex
 gustu &
 tactu ad om-
 niã corp.
 partem in
 Tēperantia.*

40.

*Quomodo
 Fortitudo
 in medio.*

41.

*Liberal. &
 Magnif.*

42.

*Modestia
 & Magna-
 nim.*

43.

*Mansuet.
 & justitia.*

44.

*Dubium de
 Lib. &
 Magnific.*

45.

doctrina

*Magis & minus va-
riant spe-
ciem,* doctrina Ethica falsa erit, si hoc sit probabile, cum h. m. vitiosæ & vir-
tuosæ constituantur actiones, magis vel minus agere quam prudentis
ratio requirit, facit actionem laude aut vituperio dignam; exercitationes
palæstricæ, medicamentorum præparationes, omnium artium ac Scien-
tiarum, nec non elementorum & mixtorum generab. constitutiones
variant ob magis & minus, nimium ac parum. §. Neq; simpliciter
verum, quod majori bono, majus malum opponatur, id enim in contro-
versis & dubijs bonis valet, & maxime, si detur bonum absolute tale,
quod alia non præsupponit vel includit, si hujus opposita non inclu-
dantur in alterius boni oppositis: heic vero, Virtutes enarratæ non sunt
dubiæ bonitatis, sed inter omnes convenit, quod sint optimi habitus;
 46. *Majori
bono quo-
modo oppo-
natur ma-
jus malum* §. Magnif. præsupponit ac includit liberalit. opposita vero Magnif.
liberalitatis extrema non includunt; & Magnanim. continet quasi Mo-
dest. sed opposita Magnanim. non inferunt extrema Modestæ; nemo
esse potest Magnificus nisi sit liberalis, nec magnanimus nisi modestus,
 47. *Propter
extrema
Magnif. &
Magnim.
nemo ab-
solute vi-
tuperatur.* cum hæc sint quasi ornamenta Virtutum, at Civis & Vir bonus esse non
desinit, etiam si careat Magnif. vel Magnanim. modo sit liberalis ac Mo-
destus, sed neq; contemnere, vituperare, ac invidiam exercere debet erga
illos, qui majoribus opibus & honorib; præditi, si iis recte utantur l. 4. Eth.
 48. *Virt. mora-
lis non In-
tell. sunt in
medio.* c. 4. seqq. §. Dubitationem leviusculam habet, quod Plutarch. l. de
Virt. Moral. p. 444. adducit: Non dicendum esse, quamvis Virtutem
in Mediocritate consistere, cum Sapientia sit perturbationum vacua,
rationis excellentia, divinissima, beatissima, satis enim constat quod
alia ratio sit Virt. intellectualium, alia moralium. §. De his ipse Plur,
 49. *Medium
variè di-
citur.* rectè desinit, quod sint Mediocritates inter nimium ac parum à bruta ani-
mæ parte h. e. appetitu sensitivo proficiscentes; quodq; Medium dica-
tur Virtus Moral. non quia mixta est e vitijs, ut flavus color ex albo &
nigro, aut quia Medium rei, aut neutrius extremi ullo modo est particeps.
 50. *Medium
personæ in
Virt. mor.
spectatur.* §. Prout novimus, quod dicatur Medium per participationem ut repi-
dum inter frigid. & calidum, & per negationem quod neq; homo neq;
equus, neq; bonum neq; malum sed neurum est l. 4. Met. c. 7. l. 4. Top.
 51. *In omnibus
actionib.
rectis dari
Medium.* c. 3. §. 10. l. 10. Met. c. 5. Omnino enim Virtutes bonæ sunt, adeoq; ibi di-
citur Mediocritas, uti in sonis ac Musicis Media vox, quæ imæ ac summæ
interjecta est, auferens quod ultra vel citra Motum appetitus est. §. Neq;
obstat, quod quidam ajunt, non in omnibus actionibus rectis dari Me-
dium, ut in Dilectione Dei, beneficentia erga pauperes, Justitia qua quis
suum

suam cuiq; tribuit; adde in Magnam. ac Magnif. Non enim qui medio-
 criter diligit Deum, benefacit pauperibus, honores appetit & sustinet,
 opibusve utitur laudem habet, sed oportet ut hæc summè & quasi
 sine mensura fiant; & in quibusdam pravis actionibus excessum non
 animadverti, ut in furto, homicidio, si enim semel tantum ac simpliciter
 perpetrentur, jam tum esse vitia, nõ tamen excedere, quia nec nimis sæpè
 frequentantur, nec nimis diu durant, nec nimis intenduntur. §. Nam lu-
 dunt æquivocatione vocabul. Mediũ illis idè est, quod nõ nimis frequens,
 nimium ac parum contra; at ita in Eth. non sumitur, sed pro illo, quod est
 optimũ, & inter duo extrema, per rectam deliberationem prudentis, juxta
 rationem & causam quã allegare potest cur ita, & non aliter agat; determi-
 natur, excessus ac defectus quæ contra illam prud. rationem perpetrantur
 sive semel sive sæpius. §. Lubrica videtur illa acceptio vocis Medii, pro
 infrequente, sic bestialis incontinentia, vitia horrenda, heroicæ Virtuti
 opposita, defectus temperantiæ oppositus, & alia quæ raro contingunt
 summo tamen cum damno, medio modo se habebunt, ut pestes, terræ
 motus, inundationes maris, diluvia. §. Potius tenendum quod Me-
 dium in actionibus sit optimum, quod neq; ad excess. neq; ad defectum
 refertur, ἡ μεσότης, τῆς μὲν ὑπερβολῆς ἐνδεέστερον, τῆς δὲ ἐνδεείας
 ὑπερβάλλον, Mediocritas excessu inferior, defectu superior est l. i. M.
 Mor. c. 8. & 9. l. i. Eth. c. 8. §. Inconveniens, in ipso Medio actionum
 moralium aliud medium, ab hoc diversum, statuere, cum hoc idem, ac
 in centro circuli centrum, in rectitudine rectitudinem querere, sunt
 Virtutes jam tum in Medio duorum extremorum constitutæ, per medias
 actiones ab excessu & defectu declinant, disponunt hominem ut Medio
 ac decenti modo juxta præscriptum Prudentis se habeat; §. Absurdum,
 in omni actione ac passione Mediocritem, nimium ac parum ponere;
 ἔσται γὰρ ἔτι καὶ, ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως μεσότης, καὶ ὑπερβολῆς
 ὑπερβολῆ, καὶ ἐλλείψεως ἐλλείψεως sic excessus & defectus Mediocritas,
 nimii nimium, ejus quod parum, aliquid parum daretur l. 2. Eth. c. 6.
 §. Dilectio Dei propriè non est Virtus Moralis, sed ad Sapientiam tanq.
 finis pertinet, analogicè tamen hæc Mediocritem habet determina-
 tam à Sapiente aut revelatione divina, ut inter atheismum tanq. defe-
 ctum, & Superstitionem sive Idolatriam, Media sit; §. Indignatio propter
 sæculi vitia, non est Virtutis sed affectus, cum vero in his aliquomodo

52.
 Medium
 Ethicè
 quomodo
 dicatur.

53.
 Media a-
 ctio non est
 infrequens
 54.
 sed optima
 inter ex-
 trema Me-
 dio loco.

55.
 Actiones
 bonæ Mo-
 rales verè
 sunt in
 medio.

56.
 Quod non
 ponitur in
 omni act.
 aut pass.

57.
 Dilect. Dei
 in medio.

58.
 Medio- Indignatio

C

59. *Liberalitas erga pauperes.* Mediocritates dantur, philosophus statuit, quod (νέμεσις φθόου καὶ ἐπιχαίρεκακίας μεσότης,) Indignatio inter invidiam & malevolentiam Media; l. 2. Eth. c. 7. §. Stipem erogare in pauperes, ultra mediocritatem quam prudentis ratio decernit se haut extendat, nec ab illa deficiat; alteri tribuere, quod ipsius est, Medio modo ex prudentis consilio determinandum. Magnif. & Magnan. ratione objectorum circa quæ versantur summæ Virtutes, ac secundum qualitatem & definit: Medio modo se habent. l. 4. Eth. c. 6. & 7. §. Neq; opus, ut nimium vel parum in action. moral. sæpius fiat, sed quando & quacumq; ratione sunt mala sunt, in eorum nominibus jam vitium implicatum, εἷνα γὰρ ἐνθὺς ὀνόμασαι συνελλημμένα μετὰ τῆς φανούτητος, ut malevolentia, impudentia, invidia, adulterium, furtum, homicidium, in his omnino justitiæ, amicitiae, temperantiæ leges violantur l. 2. Eth. c. 6. conf. Grotium in proleg. de jure belli ac pacis. §. In omni igitur virtuosa actione medium quoad nos, per prudentis consilium determinatum. requiritur, quod non tantum in perfectis Virt. Moralibus, sed in Homileticis aliisq; animadvertimus, dantur præter dictam Mediocritatem, τρεῖς μεσότητες, tres Mediocritates analogicæ, quarum una in veritate, reliquæ in joco communiq; conversatione consistunt & extrema sua habent. §. In colloquio familiari Veritas Medium, jaectantia excess. qui rem auget, dissimulatio ac mendacium defectus qui detrahit & extenuat; in joco & ludicris, Urbanitas medium, scurrilitas dicacitas excess. inurbanitas agrestis, defectum; in communi vita, Humanitas medium, adulatio cum lucri spe, assentatio sine sperato commodo excess. morositas & misanthropia defectum notant. §. Est & in aliis operationibus Mediocritas laudanda, licet per assuesactionem, ex deliberato consilio non fuerint susceptæ, sed nascuntur cum homine, ac incrementa sumunt cum ætate, nisi corrigantur. Circa bona & mala alterius variè disponitur animus, hic quoq; voluptas & dolor, Medium, excessus ac defectus deprehenditur. Indignatio qua quis prosperum statum vitiosorum & iniquam sortem Virtuosorum, æquo animo fert tanquam communem seculi calamitatem, qua inertiae præmia, diligentiae & inculpabili vitæ, splendidae miseriae, constituuntur; medio modo se habet, conf. Walther. Tract. de Doctoribus c. 8. §. 41. malevolentia, qua quis ex calamitatibus aliorum, maxime bonorum, voluptatem percipit, & sibi gratulatur si bonis malè sit, defectum, invidia qua quis bonis & præclare

meritis

meritis fortunæ bona invidet, excessum significat. §. In peccatis ad
 delictis præter intentionem commissis & post animadversis, datur Ve- 64.
 recundia tanquam medium, qua quis ob perpetrata dolorem sentit & Verecūdiæ.
 metuit infamiam vel dedecus; Impudentia, excessus quando quis flagitia
 committit nec pudore ullo suffunditur; Consternatio & desperatio, si
 quis ob peccata nimium dolorem concipiat, nec ullo modo corrigi,
 emendari, deprecari illa posse statuat l. 2. Eud. c. 3. l. 2. Eth. c. 7. §. Sed
 de hujusmodi Operationibus asserendum, quod quidem Utiles & ne- 65.
 cessariæ sint propter actionem, & obpraxin, non minus quam propriè di- Iste Virt.
 ctæ Virt. Moral. proponantur, volupt. & dolorem, Med. excess. ac def. non sunt
 habeant, sed habitus ex proærafi juxta Mediocritatem à Viro prudente habitus
 definitam, non sunt; adeoq; vel ad perfectas Virt. reducuntur, & ex- præelectivi
 trema earum subordinantur extremis Virtutum Moral. vel tanquam
 comites, antecedentia aut consequ. Virtutum aut vitiorum spectantur.
 §. Omnes Mediocritates hæc laudabiles quidem sunt, non tamen Virt. 66.
 dici debent, nec earum contraria, vitia, *ἀνευ ἀρετῆς γὰρ*, nisi quis Nec extre-
 illas naturales Virtutes appellare malit; l. 3. Eud. c. 7. §. Alias com- ma earum
 modè vel tanquam partes, vel tanquam connexa, anteced. Consequentia, vitia pro-
 aut simulacra Virtutum & vitiorum moralium ex vulgi opinione, talia priè.
 considerantur; ut ad Temperantiam, sobrietas, castitas, studium ordinis 67.
 & munditiæ, frugalitas, Verecundia, humanitas, urbanitas suo modo Reducun-
 spectant, contraria harum operationum ad Intemper. & vitium in de- tur quædā
 lectu, Intemperantes esse solent jactatores, dissimulatores, Scurræ, ad Tempe-
 agrestes, adulatores, invidi, malevoli, impudentes. §. Ad Fortitud. rantiam.
 confidentia, constantia, patientia, tolerantia; Perseverantia; animositas, 68.
 oblivio injuriarum & vindictæ; ad Magnanim. Ad Justit. pietas in Deum, Quædā ad
 parentes, defunctos, de illis non nisi benè loquendum, si fuerint boni, Fortitud.
 neq; enim illorum gratia mendacia proferenda, observantia erga superio- & alias
 res, dictorum & factorum consensus, Candor, æquitas quæ se habet tan- Virt.
 quam exceptio regulæ ad regulam; sic in aliis. §. Superfunt Conti- 69.
 nentia, Incontinentia, Virtus Heroïca, ejusq; opposita, Continentia Continētia
 omnem Virtutem moralem præcedit, hinc iræ, metus, voluptatis omnes Virt.
 continentia datur, & quasi dimidia Virtus ac initium in singulis; Conti- Moral. an-
 nens agit honesta sed non ex habitu, nec animo præsentè ac hilari, sed tecedit.
 reluctantè appetitu, itaq; Continentiam non dignantur perfectæ Virru- 70.
 tis nomine, sed minus Virtute aliquid esse statuunt. §. Imprimis cum
 circa volupt. gustus ac tactus occupata sit, cognationem insignem cum

- In primis
temperan-
tiam re-
spicit.* Temperantia habet, differt tamen ab ea tanquam dispositio imperfecta,
ab habitu perfecto; estq; juvenum ornamentum, prout Temperantia
Virorum. Incontinentia omnia Vicia moralia præcedit, hinc quoad
omnem affectum, quem moderatur virtus, incontinentia datur, sed est ta-
men aliquid minus Vicio simpliciter dicto, quia nondum ratio sive intelli-
gendi & deliberandi facultates depravatae sunt, sæpius reluctante ratione;
71. mala ab incontinente committuntur. §. Incontinentis ratio vincitur à
*discr. inter
Intemp. &
Incontiu.* perturbatione & affectibus appet. sensitivi, intemperantis ne pugnat
quidem, ille cupiditates malas sequitur iisq; repugnat, hic eas sciens
volensq; perpetrat, hic gaudet suis peccatis, ille ægre fert, hic sponte ad
turpia fertur, ille invitus honestatem perdit, in verbis ac factis discrimina
eorum apparent; Conf. l. de Virt. Morali Plut. p. 445. seq. l. 7. Eth.
72. c. 4. seqq. §. Virtus autem Heroica dicit excellentiam admirandam
*Virtus He-
roica.* in singulis Virtutibus, qua superant nonnulli communem formem homi-
num Virtuosorum, sed & hæc ad Mediocritatem quam Vir prudens de-
finit redacta sit oportet, alias cum vitiis conjuncta est, exemplo Alex. M.
Salomonis &c. huic oppon. Vicia quæ egrediuntur quasi terminos vitio-
rum humanorum, quando omnium vitiolorum sentinam in quodã depre-
hendimus; §. In excessu hoc Vitium pejus, majus, magis formidabile
73. & horrendum est vitio humano, sed varietate, multitudine operatio-
*Ejus exte-
na pejora
sunt ex
parte vitiis
humana.* num, humanum est pejus illo, in defectu quia tollit ulum rationis ac be-
stialem inducit ignorantiam quoad honesta & turpia, pejus est humano
ex deliberato consilio suscepto, sed humanum quia ex astu, & præelectione
oritur majus damnum inferre potest, prout homo vitiosissimus plura
74. mala excogitare & designare poterit quam bestia l. 7. Eth. c. 1. seq. §. Præ-
*Temp. ma-
nifest. ver-
satur in
Medio.* primis Temperantiam circa volupt. & dolores tactus, in Medio duo-
rum extremorum versari, adeò manifestum, ut id concedant, qui alias
hic dissentiunt, quod Temperantia verè sit in appet. sensitivo hominis,
qua prompti sumus ad app. & usurpationem cibi & potus moderatum,
quodq; hæc sit in medio, at cur de reliquis id negent, causam non habent.
75. §. Potius ad exempl. Plutarchi hoc tanquam clariore exemplo urendum,
*Temp. vo-
cab. omni-
bus Virt.
Moral. tri-
buitur.* quo reliquæ declarari possint. Est enim omnium Virtutum natura, quoad
hæc, una eademq; habitus isti tantum operationibus & objectis termi-
nantur & à se discernuntur, l. 4. Eth. c. 4. & in singulis ferè Nomen Tem-
perantiæ adhiberi solet; maxime in lat. sermone §. Virtus, dum tem-
perat cupiditates, modum, legitimumq; voluptatibus tempus definit,
76. Temperantiæ, dum commercia contractusq; hominū invicem temperat,
Justitiæ,

Justitiæ, dum metum ac fiduciam temperat, Fortitudinis, dum desiderium circa honores temperat, Modestiam nomen gerit; hinc forma Virtutis in Temperantia vocab. latius sumpto, consistit. §. Seneca l. i. Epist. §. Temperetur vita inter bonos mores & publicos: & Epist. 66. Nihil invenies recto rectius, temperato temperatius, omnis in Medio est Virtus, modus, certa mensura; Quicquid honestè fit, una Virtus facit, sed de consilij sententia, quod ab omnibus Virtutibus comprobatur, etiamsi ab una fieri videtur. §. Plato quoq; in Charmide sive Dialogo de Temperantia p. 469. Temperantiam vocab. ita utitur ut omnem actionem bonam significet, τὴν μὴ ἀραθὰ ἀλλὰ κατὰ μέτρον ἐφίμει σωφρονεῖν, τὸν δὲ ἀραθὰ, ἀλλὰ μὴ κατὰ, σωφρονεῖν, τὴν γὰρ τῶν ἀραθῶν πράξιν, σωφρονεῖν ἐναυσταφῆς, ἀδιορίζομαι. Non dicerem temperanter illum agere, qui non bona, sed mala agit; nam Temperantiam esse actionem ipsam bonorum manifestè definitio. Et paulo post; Qui agit decencia, temperatè agit.

Th. III. Prudentis ratio suadet, ut Temperans, ab ebrietate, ingluvie, scortatione, adulterio, tanquam vitiis appet. sensitivi circa gustum ac tactum commissis, immunis sit; neque visu, auditu, olfactu abutatur, quamvis iis tantum per accid. percipiantur voluptates pravæ, quæ intemperantem arguunt.

§. 1. Omnibus Virtutibus moralibus præest Prudentia, cumq; sit Atriensis Sapientia, præcipit, illa fiant, quæ Sapientia finem, cognitionem ac Venerationem Summi Numinis promovent vel non impediunt, uti Civilis de prudentia Scientia determinat quænam Scientia vel artes esse debeant in Civitatibus, quas unusquisq; Civium discere debeat, quo tempore, ad quem finem l. i. Eth. c. i. Sic prudentia, quæ Virtutibus semper conjuncta, præscribit, quænam voluptates in singularum Virtutum exercitiis appetendæ, quæ fugiendæ; §. Tria eligere honestum, utile, jucundum, his contraria, turpe, inutile, molestum fugere solemus, in hoc Vir bonus Tria eligere & prudens (καταρτωπικὸς ἔστιν, ὁ δὲ κακὸς, ἀμαρτηκὸς) rectè agit, im- prudens & malus peccat, maxime in voluptatibus; cum quicquid honestum, ac utile, id omne jucundum videtur. Utile est amabile ut Medium

Prudentia
in omnibus
act. moral.
Mediū de-
terminat.

2.

mus.

C 3

ad finem,

ad finem, jucundum & bonum sive honestum tanquam finis l. 8. Eth. c. 2. omnesq; actiones nostras juxta regulam voluptatis ac doloris dirigimus, alii magis, alii minus l. 2. Eth. c. 2. ante omnia nec re nec ratione vel opinione turp a facienda esse, recta prudentis ratio dicitur; §. Temperantia voluptatibus imperat, alias edit, alias abigit, alias dispensat, & ad sanum modum redigit, nec unquam ad illas propter ipsa venit. Scit optimum esse modum cupitorum, non quantum velis, sed quantum debeas, sumere. Intemperantes, voluptatibus suis non fruuntur, sed serviunt, & mala sua, quod malorum ultimum est, amant, consummata est infelicitas, ubi turpia non solum delectant sed etiam placent, desinit remedio locus, ubi quæ fuerunt vitia, mores sunt. Seneca l. 1. Epist. 39. & 88. §. Proinde probe distinguit prudentia inter voluptates & dolores, jucunda & tristia, cum circa hæc versari debeat Virtus, jucunda à voluptatibus, dolores à molestiis differunt, ut calefactio ignis ab igne, humectatio aquæ ab aqua; sunt in eodem subjecto circa eadem occupata. §. Dantur voluptates corporis & animæ, at propter corporis, ex cibo, potu re venerea voluptates unice, nemo, nisi παντελῶς ἀν' ἀνδραπόδων servile mancipium, magnopere vitam reliquis volupt. quas cognitio vel sensus quidam suppeditant destitutam, exoptat, patet, à bruto talem hominem nihil distare, bos Ægyptius quem Apin vocant, tales multis modis antecellit l. 1. Eud. c. 5. §. Quando vero phantasia jucundorum in anima voluptates excirat, hæc delectant, ut ex studiis, honore, si quis finem, qui amabilis maxime, perpendat, & honestæ sunt, si conformes rectæ deliberationi prudentis, has intemperans non assequitur, ac eo faciunt, quæ Plutarch. l. non posse suaviter vivi secundum Epicur. & adversus Colotem, adducit, qui putarunt non posse animam gaudere, aut tranquillitate frui, nisi vel adsint vel expectentur voluptates corporis, hasq; bonum ejus esse, animam tanquam colum corporis obtinent, ex corpore tanquam pravo ac rimarum pleno vase voluptates diffundunt in animam, ut inde melior fiat l. c. p. 1088. §. Neq; existimat prudentis ratio, omnes voluptates simpliciter malas esse, cum hæc opinio illorum sit, qui bonas ignorant, non absimiles illis, qui nectar incognitum Deorum potum esse fabulantur, sæpè Philosophus ejusmodi fabulas irridet l. 2. M. M. c. 7. l. 3. Metaph. c. 4. ne quis existimet Philos. quoq; Deos & Deas voluptuariam vitam ducentes, statuisse, quod si nectare & ambrosiâ tanquam alimento utantur, quomodo erunt sempiterni, talia refert inter

3.
Temp. Voluptatibus modum & Medium confert.

4.
Jucunda & voluptates parum differunt.

5.
Corp. & anima voluptates

6.
Anima Volupt. honestas In temp. non assequitur.

7.
Voluptates Corp. non sunt per se male.

inter vaniloquia, & Metaphoras Poëticas l. i. Met. c. 7. §. Estq; contra 8.
 rationem prudentis & finem Sapientiae, si quis Voluptates ex cibo & potu *Deo non*
 Divino Numini adscribat, neq; ad illum cultus & operationes omnes *competunt*
 tendere debent, qui voluptatibus corporis deditus, vitam nostram sumi- *Virt. mo-*
 lem agit. Potius quod Deus nullis Virtutibus Moralibus adeoq; nec *rales.*
 Temperantia praeditus sit, statuendum, non Viram Civilem, sed hanc
 longè meliorem optimam contemplativam agit, neq; appetitum sensitivum,
 voluptates ac dolores sentit, quae moderanda, Virtutumq; moral. exerci-
 tiis refrenanda sunt. §. Adeoq; improprie per abusum Vocab. Deo for- 9.
 titudo, temperantia, castitas, mansuetudo; justitia, tribuuntur, quae si *Nisi impro-*
 ex prima Politica parte (Ethica) definiantur, à Deo sunt aliena, per ana- *prie.*
 logiam prout optima notant, Deo conveniunt. §. Nihil interea dero- 10.
 gatur Majestati Summae Dei, quin Phil. statuit Deum absolute beatum *Deus est*
 ac optimum esse, homines Sapientes & prudentes ex similitudine ex par- *absolutè*
 te, imprimis cum theoretica operatio quae maxime Dei est, practica *beatus.*
 longè sit praestantior, hinc qui mentem colunt & secundum illam vivunt
 Deo gratissimi l. 10. Eth. c. 8. & 9. §. Neq; putandum quod Vita con- 11.
 templativa voluptatibus careat ac minus sit jucunda, aut quod tales sint *Volupt.*
 quas prohibet prudentia; potius sinceræ & constantiss. voluptati juncta *Vita con-*
 est, quae ex Scientia rerum optimarum ac intellectu principiorum oritur, *templativæ.*
 hanc non impedit neq; improbat prudentia, sed eò, quantum in se est,
 dirigit reliq. honestas voluptates, quo huic inserviant & subordinentur.
 §. Voluptates proprie inter animalia appetitum sensitivo praedita esse, extra 12.
 controversiam est, & absolute consideratae, sunt in genere bonorum, ut *Voluptates*
 natura & Scientia, non autem omnes bonae, prout natura etiam quorun- *proprie*
 dam animalium ὄλως τῶν ἀπίμων ζῶων mala, & scientiae quaedam prava *sunt in ge-*
 sunt ut magicæ, Sophistarum, prout non asserimus, ipsam naturam esse *nerè bono-*
 temperantiam. §. Sic neq; cum Platone in Charmide p. 471. 476. Temper- *rum.*
 rantiam, esse scientiarum scientiam, cæteris scientiis praesidere, aliorum 13.
 & sui ipsius esse Scientiam; præceptum Apollinis templo inscriptum *Temperan-*
 (τὸ γινῶθι σεαυτὸν, καὶ τὸ σαφένει, ἐστὶ ταυτὸν) cognosce Teipsum *tia non est*
 idem esse, quod temperanter vive; quamvis de Temperantia cognitio pra- *scientia.*
 ctica detur, qua bene informati, eas Voluptates, quas prudentis ratio ve-
 rat, abominamur, honestas amplectimur. §. Hinc rectius l. c. Plato p. 466. 14.
 Temperantiam in actione consistere putat, quamvis nimis generaliter A- *sed in actio-*
 ctione determinet, ubi inquit. Temperantiam dico, decenter agere singula, *ne consistit*
 quietè ac sedate per viam incedere, quietè loqui & quietè omnia facere, ut
tempe-

temperantia sit quietudo ac sedatio quædam; nisi addatur voluptatum
& dolorum, quæ ex gustu & tactu oriuntur, tum neq; hæc accurate dicta
esse, facile animadvertimus. §. Voluit Plato dialecticis dubitationibus de
temperantiæ definitione ostendere, quod illa perfectè cognosci nõ possit,
nisi ipsa possideatur, impuro enim rem purissimam non licet attingere,
prudens itaq; ratio pecunium & impurum tollit per Præcepta de
Temperantiæ studio. §. Huc spectant tot Prudentum, Oratorum,
Poëtarum, Theologorum, Philosophorum admonitiones, quas trans-
scribere necessum non arbitramur, constare poterit, Voluptates hominis
propriè dictas, quæ perficiunt actiones Viri perfecti & beati, quæ Viro
bono tales sunt, quas metitur prudentia, non esse prohibitas, illas lauda-
biles, quæ sequuntur operationem laude dignam. §. Dari quoq; natu-
rales & communes animalium voluptates, quæ specie sunt diversæ; In
communi, vita & voluptas ita sunt copulata, ut non possint seungi,
non temerè voluptatem aliquam appetunt quæ vivunt, *πλεισι γοῖς
ἐκάστῳ τὸ ζῆν, ἀίρετόν ὄν*, §. Secundum omnem sensum, cogitatio-
nem ac contemplationem voluptates perficientes operationes dantur
neq; per se prudentis consilio adversantur, sive inserviant naturæ resti-
tuendæ, ut comedere, bibere propter famem & sitim, vestes induere,
quæ nec eligenda ex sua natura, neq; fugienda sunt, nobis autem fiunt
necessaria, propter indigentiam, sive restitutæ, ut hunc vel illum cibum
potum expetere l. 2. M. Mor. c. 7. l. 7. Eth. c. 6. & 15. §. Sed ex fine &
subjectis Voluptates honestas à turpibus discernit prudentis ratio, Vid.
l. 10. Eth. passim. & ne ad turpes deveniant qui ad eas periculosè propen-
si sunt, præmunire solet, dum occasiones devitandas jubet, hoc modo
vinosus contra ebrietatem, & adversus illicitum amorem ad eum propen-
sus, se præparare debet; Plutarch. de audiend. Poët. p. 31. §. Ebrietatem
& ingluviem vitare decet, & quicquid ad hæc seducit; qualia sunt cibi
delicati, plures quam natura exigit, ac omnes, qui secundum excessum
quantitatis ac qualitatis dicuntur. §. Hinc antiquis legibus cautum est;
ut nemini liceat alium cogere ad bibendum amplius, nisi quantum suffi-
ciat, vide Cod. leg. Antiq. ex Biblioth. Frid. Lindenbrogi, anno 1613.
Francof. edit. p. 352. Capit. Karol. ad L. Salicam §. 19. conf. l. 1. Capit.
Karoli tit. 144. p. 853. Et p. 884. l. 3. Cap. Karoli tit. 72. ut in hoste, i. e.
exercitu, nemo parem suum, vel quemlibet alium hominem bibere
roget, & quicumq; in exercitu ebrius inventus fuerit, excommunicetur,

ut in

in bibendo sola aqua utatur, quousq; se malè fecisse cognoscat. Difficile
 quidem est in conviviis Mediocritatem, consuetamq; edendi ac bibendi
 rationem ita tueri, ut non reliquis molestus importunusq; videaris.
 Cum igitur subito necessitas incidit, ut ob præsentiam hospitem, pudor
 videatur nos cogere potare, cum probe ad potandum affectis, tum, sua-
 det Plutarch. l. de sanit. tuenda p. 123. & 124. maxime armatum esse oportet
 contra ineptam verecundiam; fugiendo enim inurbanitatis opinio-
 nem, se conjicere in vesanum dolorem, est agrestis & vecordis hominis,
 ipsa recusatio si dextrè fiat, & urbanè non minus grata est, quam obsequiū.
 §. In Cod. L. Antiq. p. 855. l. i. Cap. Caroli tit. 167. ut primo omnium Seniores
 semetipsos de ebrietate caveant, & eorum junioribus exemplum bonum
 Sobrietatis ostendant. Plato senes hortabatur ut coram adolescentibus
 verecunde agerent, ut sic revereri senes illi discerent, ubi enim inver-
 cundè se gerunt senes, ibi nullam censebat adolescentibus verecundiam
 ingenerari posse, ut refert Plutarch. l. de Præcept. Conjug. p. 144. Et in
 quæst. Rom. p. 272. Antiquitus cœnabant senes non absq; filiis etiam pue-
 ritiam agentibus; ut pueri non belluino more, aut incompositè, sed mo-
 deste discerent voluptates adire; vel ut ipsi parentes modestiores se ge-
 rerent, ubi enim invercundè agunt senes, necessum est adolescentes fieri
 impudentissimos. Imo & indignitate ebrietatis objecta, voluerunt pru-
 dentiores ab hoc vitio avocare alios, hinc determinatum, quod ebrii
 transactiones instituere non possint, cum nesciant quid loquantur, in C.
 Sanè 15. quæst. 1. C. venter 35. distinct. quod nullus ebrius causam suam
 possit conquirere in malo, nec testimonium dicere, neq; placitum Co-
 mes (judex vel assessor judicij) habeat, nisi jejun^o Cap. Karoli ad L. Sali cam
 §. 15. & omnino nullus nisi jejunus ad juramentum vel testimonium ad-
 mittatur cap. 2. §. 4. p. 352. §. Et quamvis communi praxi repugnet,
 affirmare, quod Computationes ad contrahendam amicitiam arctio-
 rem, sint inutiles & temperantiæ contrariæ, nihilomus cum meliora
 dentur veræ amicitiae fundamina, & hæc jucunda tantum vel utilia, raro
 honesta respiciat, neq; illam laudabilem, neq; computationes ejus gratia
 institutas, prudenter fieri putamus. §. Inter optimos propter Virtu-
 tem, inter dispares propter utilitatem, inter ineptos & homines nihili
 propter jucunditatem amicitiam esse, notum est; interim Convivij ho-
 nesti moderator, cogitet, amicis se præesse, neq; permittat eos turpiter
 agere, neq; licitis voluptatibus prohibeat conf. l. i. Sympof. Plut. q. 4.

22.
*In convi-
 viis num
 potandum.*

23.
*Seniores &
 Juniores
 Ebrietatē
 fugiant.*

24.
*Amicitia
 & fraterni-
 tas inter
 pocula flu-
 xa & vana.*

25.
*Convivij
 finis.*

D

p. 620. l. 2.

26. *Scortationes & adulteria simpliciter mala.* p. 620. l. 2. M. Mor. c. 11. §. Scortationes & Adulteria simpliciter mala esse, recte statuit prudens, adulterium committere, simpliciter, nō ratione circumstantiarū malū est, & nequit excusari ob circumstantiam personæ, modi, temporis l. 2. Eth. c. 6. Omne adulterium absolute turpe & flagitiosum, in tali scelere deprehensus, tali infamia notetur qualem peccati magnitudo ac gravitas postulat, l. 7. pol. c. 16. Statuunt Jēti adulterium triplex 1. quando conjugatus cum uxore aliena concumbit, quando uterq; eorum alienum fœdat & proprium violat; 2. quando solutus cum uxore aliena venereum exercet concubitum 3. quando conjugatus se commiscet cum soluta. *Quin* & in sponsam alienam delictum commissum vindicatur non verbis legis sed sententia, non ex lege Julia, sed rescripto Severi. conf. Disp. Inaug. de delictis carnis Math. Kratz præfide D. Ungepaur. Jenæ anno 1649. th. 6. seq. §. Utq; magis libidines evitemus, adultæ ætatis hominibus tempus ad conjugium opportunum, continentię encomia, Senioribus definitum & gravitati decorum tempus procreandi sobol. philosoph^o statuere voluit l. c. incestuosæ nuptiæ ac gradus confang. prohibentur. Hanc rationis rectæ legem incontinentes juvenes non servant, sed ligatam, cupiditate corruptam, de sede sua turbatam rationem habent, improbi tamen & vitiosi nondum sunt, quia ad malitiam, pravitas appetitus & rationis falsitas requiruntur, idem non potest simul esse prudens & incontinens, solers tamen esse potest. Venter mero æstuans, cito despumat in libidines, ubi ebrietas, ibi libido dominatur & furor C. Venter. dist. 35. C. luxuriam 7. dist. eadem Luxuriam facit & nutrit Vini perceptio nimia, & C. 8. sexto die: Non esset hodie servitus si ebrietas non fuisset. §. Intemperans autem, superabundantes delectationes sine modo ac mensura quærit ex proæresi, quia persuaderi nequit, ut à vitio desistat, cum id pro vitio non habeat l. 7. Eth. c. 8. & 11. Hinc nemo esse cupit intemperans licet singulares intemper: actiones committat, nec quisquam vult, quod novit esse malum, propter incontinentiam tamen id agit l. 2. M. M. c. 7. l. 3. Eth. c. 15. §. *Quin* & legibus publicis istius modi vitia taxantur, sic p. 373. L. Aleman. tit. 39. Si personæ minores fuerint, quæ se illicite conjunctione polluerunt, careant libertate, & servis fiscalibus aggregandæ sunt, omnes facultates amittant, quas fiscus acquirat. §. Et L. Baiuvariorum p. 413. tit. 6. §. 2. Si quis in lecto cum alterius uxore interfectus fuerit, pro ipsa compositione quam debuit solvere marito ejus,
27. *Tempus ad conjug. opportunum legibus determinatum nō servant intemperantes & Incontinentes.* evitemus, adultæ ætatis hominibus tempus ad conjugium opportunum, continentię encomia, Senioribus definitum & gravitati decorum tempus procreandi sobol. philosoph^o statuere voluit l. c. incestuosæ nuptiæ ac gradus confang. prohibentur. Hanc rationis rectæ legem incontinentes juvenes non servant, sed ligatam, cupiditate corruptam, de sede sua turbatam rationem habent, improbi tamen & vitiosi nondum sunt, quia ad malitiam, pravitas appetitus & rationis falsitas requiruntur, idem non potest simul esse prudens & incontinens, solers tamen esse potest. Venter mero æstuans, cito despumat in libidines, ubi ebrietas, ibi libido dominatur & furor C. Venter. dist. 35. C. luxuriam 7. dist. eadem Luxuriam facit & nutrit Vini perceptio nimia, & C. 8. sexto die:
28. *Verè Intemperans.* Non esset hodie servitus si ebrietas non fuisset. §. Intemperans autem, superabundantes delectationes sine modo ac mensura quærit ex proæresi, quia persuaderi nequit, ut à vitio desistat, cum id pro vitio non habeat l. 7. Eth. c. 8. & 11. Hinc nemo esse cupit intemperans licet singulares intemper: actiones committat, nec quisquam vult, quod novit esse malum, propter incontinentiam tamen id agit l. 2. M. M. c. 7. l. 3. Eth. c. 15. §. *Quin* & legibus publicis istius modi vitia taxantur, sic p. 373. L. Aleman. tit. 39. Si personæ minores fuerint, quæ se illicite conjunctione polluerunt, careant libertate, & servis fiscalibus aggregandæ sunt, omnes facultates amittant, quas fiscus acquirat. §. Et L. Baiuvariorum p. 413. tit. 6. §. 2. Si quis in lecto cum alterius uxore interfectus fuerit, pro ipsa compositione quam debuit solvere marito ejus,
29. *Scortationis simplicis pena.* p. 373. L. Aleman. tit. 39. Si personæ minores fuerint, quæ se illicite conjunctione polluerunt, careant libertate, & servis fiscalibus aggregandæ sunt, omnes facultates amittant, quas fiscus acquirat. §. Et L. Baiuvariorum p. 413. tit. 6. §. 2. Si quis in lecto cum alterius uxore interfectus fuerit, pro ipsa compositione quam debuit solvere marito ejus,
30. *Adulteri impute occiditur.*

ejus, in suo scelere jaceat, sine vindicta. Varia quoq; scelera, quæ
 libidinosas actiones comitari solent, prohibita esse prudentis ratio sug-
 gerit, ut raptum ancillarum, virginum, viduarum. Vitanda, inquit L.
 Bojorum l. c. §. 7. talis præsumptio, ac ejus defensio in Deo & in Duce
 atq; in iudicibus debet consistere. §. Abominanda abortuum procrea- 31.
 tio, & incestus, si qua mulier alii portionem dederit, ut avorsum faceret, *Abortus*
 si ancilla est cc. flagella suscipiat, & si ingenua, careat libertate, servitio *non sunt*
 deputanda cui dux jusserit L. Boj. §. 18. §. Si quis sororis aut fratris si- *procuradi.*
 liam, aut certè alterius gradus consobrinam, aut fratris uxorem, aut 32.
 avunculi, sceleratis nuptiis sibi junxerit, huic pœnæ subjaceat, ut à tali *Incestuosæ*
 consortio separetur, atq; etiam si filios habuerint, non habeantur legiti- *nuptiæ.*
 mi hæredes; sed infamia sint notati L. Salica tit. 14. §. 16. p. 273. §. In 33.
 sequenti hoc conventu (est decretio Childeberti Regis §. 2. p. 345.) *Gradus pro*
 Convenit una cum leudis (hominibus) nostris, ut nullus de crinosi *hibiti.*
 (crinosi erant maxime Reges Francorū, qui à pueritia intonsi manebant)
 incestum usum sibi societ. conjugio, h. e. nec fratris sui uxorem, nec
 uxoris suæ sororem, nec uxorem patris sui, aut parentis consanguini-
 neam ducat. Hic autem non prohibetur Conjugium honestum, sed id
 prudentis ratio, omnesq; leges permittunt, unde l. 19. de Episc. & Cler.
 hæc obscuriora & Metaphorica occurrunt: Eum qui probabilem seculo
 disciplinam agit, decolorari, consortio sororiæ appellationis non decet.
 i. e. qui vivit in conjugio honesto, non diffamandus est quasi scortator
 vel adulter esset. §. Etiam si autem propriè Temperantes vel Intem- 34.
 perantes non dicantur, qui ex visu colorum, picturæ, *florum*, rerum de- *Circa Ju-*
 lectabilium per se voluptatem percipiunt, tamen, cum sensus organa- *cunda visus*
 non multum inter se distent, & sensibilia ad internum sensum, qui est in *proprie*
 corde, referant, fieri potest, ut ex voluptate quæ visu percipitur, alia, *nō versatur*
 quæ appetitum ad gustum vel tactum excitet, generetur, hinc exemplo *Intemp.*
 Cyri, qui ne videre quidem Pantheam sustinuit, vitandæ sunt illecebæ
 pravarum cupiditatum. §. Nimium rigidi sunt, qui intemperantes ap- 35.
 pelant, quotquot picturis, figuris, scenicis ludis histriorum gestu etiam *nec illa per*
 supra modum lætantur, & qui his abstinent temperantes: juxta Philo- *se mala*
 soph. l. 3. Eth. c. 13. *χαίροντες τοῖς διὰ τῆς ὀψείας, ἔτι σφόδρες, ἔτι sunt.*
ἀκράσει λέγονται: multo minus oportet Comædias, aut Poëtas, Co- 36.
 mædiarum autores, tanquam intemperantiæ Antistites, proferberes; est
 Comædia *μίμησις φαυλοτέρων* imitatio malorum, qua mores homi-
 num,

Nec comæ num pravi ad deridendum proponuntur, hinc *Φιλοσοφώτερον καὶ*
διὰς ῥεπρῆς σπυδασιώτερον ποιήσεις, ἰσοχίας ἐστὶν, poetica magis philosophica ac me-
bendit, nisi lior historica est, poesis magis universalis, historia singularia dicit, &
qui finem hoc in Comædia manifestum. Poëtam esse oportet magis fabularum
earum effectorem, quam metrorum, *μυῖται δὲ πρὸς πρᾶξεις* l. de Poët. c. 5.
ignorat. & 9. adeoq; fit contra finem comædiarum; si quis ex illis morum cor-
ruptelas sumat. §. Pariter de illis quæ auditus organo jucunda sunt,

37. *Circa ju-*
cunda au-
ditus in-
temp. non
versatur
propriè.
dicendum, si quis ex cantilenis, fabulis, confabulationibus, musicis, vo-
luptatem moderatam vel nimiam per se sentiat, aut propter absentiam
istorum jucundorū dolore, magis minusve afficiatur, propriè neq; Tem-
perantis laudem, neq; Intemperantis vituperium meretur, abusive, vocab.
nimis gener. sumpto circa sonos temperanter vel intemperanter segerere
pronunciamus. §. Diffidendum autem non est, posse per depravatam

38. *Musica ex-*
citat volu-
ptates pra-
vas intem-
perant.
Musicam ad voluptates, quæ intemperant. arguunt aliquem seducti, quod
Plutarch. l. 7. Sympof. q. 5. ostendit, musicam magis vino dementare
eos, qui promiscuè & effusius ea se oblectant, ut accumbentibus non
sufficiat clamare & plaudere, sed pleriq; profoliant, & motus illiberales,
musicâ convenientes edant; adeoq; crimine intemperantiæ, audiendi
& spectandi studiosos non esse solutos, nec Aristotelem sufficientem
causam adduxisse, cur solæ delectationes spectaculorum ac auscultatio-
num intemperantiæ culpa vacent, quia hominibus illæ sunt propriæ, reli-
quæ etiam à brutis percipiuntur. §. Fit enim per accidens, ut ex Musica

39. *per acci-*
dens.
tales voluptates oriantur, quæ Intemperantiæ vel incontinentiæ sunt
signa, & si terminus voluptatum ex auditu perceptarum in hoc organo
statuatur, certè nemo appellabitur temperans vel intemperans nisi im-
propriè, ut & in clamore, choreis aliisq; hujusmodi, temperantiæ vocab.
utimur; Plutarch. l. de sanit. tuenda p 130. consilium suppeditat, ut cotti-
die fermocinemur, vox enim calorem auget, sanguinem attenuat,
expurgat venas, aperit arterias, concrefcere humorem supervacaneum

40. *Arist. quo-*
modo sta-
tuat temp.
versari cir-
ca volupt.
gustus &
tactus præ-
cipue.
non patitur. Vitandæ tamen sunt vociferationes nimix, neq; in naviga-
tione aut diverforiis silentio indulgendum, etiamsi ab universis derideare.
§. Arist. explicare voluit Temperantiam, tanquam Virtutem quæ vo-
luptates nobis maxime cum animalibus communes, profligat, quales
sunt tactus & gustus; neq; negat posse per accidens Intemp. crimen fieri,
ex sonis aut coloribus, quib⁹ delectatur vitiosus talis, non aliter ac lupus
colore

colore & balatu ovis, leo boatu & conspectu bovis, felis colore muris & stridore, ut cibum capiant, neq; statuit tantum homines delectari jucundis visu & auditu aut odoratu, propterea exemplum canis, leonis & aliorum animalium adducit l. 3. Eth. c. 13. §. Neq; intemperans est, qui odore rosarum, aut suffimentorum nimium capitur, quamvis olfactus variè afficiat, quoddam odoriferum Saporibus correspondet, & hoc omnia animalia percipiunt, quoddam per se dulce est, ut odores florù, in illo homo voluptatem quærit; & si in hoc terminù figat, neq; temp. neq; intemp. dicendus, odoratus organum & sensum, adeò exquisitum non obtinemus, quam reliqua animalia; minus circa hoc sensibile delinquere poterimus; §. Cumq; odorifera & sapida arctius cohæreant, quod Saporem nullum habet illud odore caret, l. de sensu & sensib. c. 4. & l. 2. de anima c. 9. hinc Intemp. propter gustum a tactum odore cibi ac potus frui cupiunt, revera tamen non tam sapore delectantur, quam fruitione quæ tactu fit, adeoq; in universim Temperantia ejusq; opposita, in voluptatibus tactu percipiendis versantur, exigua voluptas est quæ gustu percipitur, cum ob organi dispositionem cito transeat, fit enim gustus in apice linguæ, gulones non optant sibi longam linguam, sed ut Philoxenus Erixidus, collum gruis, l. 3. Eud. c. 2. ut tactu majorem voluptatem capiant. Sæpè adducuntur homines, ut quædam edant non esurientes, bibant non sitientes, (absurdum, si re rara & pretiosa non fruaris) ut aliis narrare possint, quod vesci ipsis contigerit paratu difficilibus ac supervacaneis, eoq; nomine in admiratione sint. Potius, cum ad vescendum aliquid offertur rarum ac nobile, abstinendo, quam fruendo quærenda est gloria. Plut. l. de tuenda sanitate p. 124. §. Hinc omnia intemperantis instituta eo tendunt, ut impetrare queat, id quod membra, quibus cibi potus & rerum venerarum jucunda percipiuntur, afficiat; & talia si sint viæ ad ampliorem libidinem omnino præcavenda. §. Ut quando ex contrectatione manuum, osculis & his similibus voluptates quærentur, illæ enim derivantur ad Cor, quod generat phantasiâ jucundi, quæ excitat organum ad Venerem, parum vel nihil voluptatis inde sentit manus, vel os, neq; facile probari potest, in ipso actu contrectationis vel osculorum adeò illæsum servari appetitum, ne obruatur à phantasia; §. Si sint, qui propter ejusmodi ridiculas voluptates in manu vel ore desinentes, nihil se appetere dicant; sciant Veros sermones, quando cum factis congruunt, fidem facere, qui voluptatem vituperat

41.

Circa jucunda olfactu & Intemp. propriè nō versatur.

42.

Intemp. nō odore nec tam sapore quā fruitione delectatur.

43.

Media ad Intemp. vitanda.

44.

De Contrectatione manuum & osculis.

45.

- Quando eam concupiscere est visus, simpliciter fidem non meretur l. i. Rhet. c. 2. l. 10. Eth. c. 1. conf. Medul. Theol. Busenbaum. l. 3. tr. 4. c. 2. dub. 1. §. **Quin** & hujusmodi præludia quasi infani amoris legibus prohibita, si fiant ab illo, qui propter ætatem aliasq; circumstantias amare nondum debebat; quamvis (ut Plutarch. in Amator. p. 750. inquit) Veri amoris ne minima quidem particula in gynecæo exstat, nego nos (juvenes) dum adversus mulieres aut Virgines afficimur, amare; concupiscentia vehementer facta & effrenis, non commode amor vocatur.
46. *Verus amor non est in gynecæo.*
 §. Hinc si quis propter libidinem, liberæ manum injecerit sive uxori alterius, quod Bajuvarii Horgriff vocant, cum 6. solid. componat, L. Bojor. tit. 6. §. 3. & Lib. 2. tit. 55. l. 16. p. 659. L. Longobard. si quis à turpiter conversari modo inventus fuerit, cum uxore aliena turpiter conversari; i. e. si ma- cum muli- num in sinum, aut ad pectus ejus miserit; vel ad alium locum ubi turpe ere. est, Widrigilt. i. e. sufficientem satisfactionem ad maritum ipsius mulieris componat. §. Si mulier in hac illicita causa fuerit consentiens, habeat potestatem maritus in eam vindictam dare, sive in disciplina, sive in venditione, ubi voluerit; veruntamen non occidatur, nec eisce- matio (i. e. diffiguratio, notabilis læsio) corporis fiat. Mulier enim quæ amplexibus osculisq; virorum utitur, inhonestos tactus sponte patitur, contra mariti voluntatem in conviviis conversatur & foris pernoctat, suspicionem criminis incidit. Mala enim conversatio, est malæ actionis indicium, & pudicæ est, ut nec suspicionem turpem de se præbeat. §.
47. *Non licet turpiter conversari modo inventus fuerit, cum uxore aliena turpiter conversari; i. e. si ma- cum muli- ere.*
 §. Si mulier in hac illicita causa fuerit consentiens, habeat potestatem maritus in eam vindictam dare, sive in disciplina, sive in venditione, ubi voluerit; veruntamen non occidatur, nec eisce- matio (i. e. diffiguratio, notabilis læsio) corporis fiat. Mulier enim quæ amplexibus osculisq; virorum utitur, inhonestos tactus sponte patitur, contra mariti voluntatem in conviviis conversatur & foris pernoctat, suspicionem criminis incidit. Mala enim conversatio, est malæ actionis indicium, & pudicæ est, ut nec suspicionem turpem de se præbeat. §.
48. *Temerariū est statuere polygā pudendorum detectionē non esse contra de- corem.*
 Novum fere, priscais & hodiernis autoribus non frequentatum dogma videtur, quod Autor Epist. dissert. de principiis justis & decori protractatu Hobbæi, de Cive, Amstelod. 1651. edit. profert, p. 49. Scortationem quidem referendam esse inter peccata contra decorem naturalem, in quibus homo in seipsum peccat, in qua nec ratio generandæ prolis, nec ejusdem educationis habetur, at Polygamiam, concubinarū, divortium, extra casum adulterij, peccata plane non esse, incestuosa matrimonia, pudendorū detectionem spontaneam publicam, haut esse contra legem naturalem, aut honestatem. §. Potuisset Autor hanc temerariam quæstionem omittere, neq; ad Apologiam tract. Hobbæi pertinet, fatetur p. 41. Hobbeum nō fecisse mentionē de his peccatis; hoc tamen satis ex Elem. Phil. de Cive cap. 3. de libertate §. 25. p. 55. constat, Hobbes talia nō approbasse; statuit; eum, qui volens sciensq; ea facit, quibus facultas rationalis destruitur vel labefactatur, violare legem naturæ; ut qui faciunt ea quibus mens

mens de statu suo naturali deturbatur, id quod manifestissime contingit
Ebruis crapula gravatis. §. At eodem modo de statu naturali deturbatur
mens per illa flagitia & impudentia signa, Vir prudens talia non suadet, nec
tantum homo per Scortationem in se ipsum peccat, Prudentum confi-
lia & rationes contemnit, intemperantia omnium vitiorum mater est,
51.
52.
prudentiam impedit ac fini Sipientia adversatur. §. Intemp. est ava-
rus, bona fortunæ quovis modo acquirat, quo voluptatibus fruatur, pro-
digus, bona acquisita inutiliter ac turpiter erogat, iracundus, immodestus,
invidus, injustus, audax, timidus, robur enim viresque corporis deficiunt, veneris
usus, balnea, vina enervant & debilitant; nimium refrigerant, multorum
morborum causæ sunt. Voluptatis nimius amor, timoribus inquietat, solli-
citudinibus onerat, contumeliis objicit. Senec. epist. 13. §. Quærit qui-
dem Phil. 13. Eth. c. 15. de Intemperantia & Timiditate quodnam sit turpius
vitiū, sed jam antea c. 13. omnibus vitiis Intemperantiam præfert, quod
faciat cultores sui belluis simillimos, τὸ δὲ τοῖς τοῖς χαίρειν καὶ μαλίστα
ἀγοπῶν, θηελώδες; neque ullas voluptates tactus hic excipit, præterque
liberales, quæ tum temporis maxime in usu sunt. Philosophos & præcla-
ros homines, ut fricationes propter sanitatem in balneis, cum hæc cor-
pus augeant, halitibus liberiores transitum conciliant. Problem. sect.
37. q. 3. & 7. §. Ideoque Intemperantia malitiâ vincit timiditatem, magis
spontanæ sunt actiones Intemperantis quam timidi, ex voluptate, non
ex dolore ut timidus oriuntur, facilius est voluptati quam dolori resistere,
potest quilibet singulis ferè horis se exercere in voluptatibus coercendis,
at dolor ex subito bello & casu facile reprimi ac emendari nequit; Timi-
dus confiteretur se esse timidum, quod actiones cum dolore susceperit,
intemperans volens sciensque singularia scelera perpetrat, at intemperans
vocari non vult. §. Timidus fugit malum, nec sibi nocet, prout reliqua
vicia proprio subiecto aliisque videntur prodesse, ut ambitio quærit ho-
nores, avaritia bona fortunæ, quibus post mortem prodest non raro,
prodigus dum vivit. At intemp. sibi ipsi maxime nocet, dum judicandi
& intell. facultatē subjugare nititur, unde omnis Imprudentia & stultitia,
nisi sit naturalis imbecillitas, ab intemp. vicio in homine oritur, cum temp.
conservatrix prudentiæ abest, nocet opibus, famæ, conscientiæ, dum
de factis cogitans, sibi ipsi fit infensus intemperans, est hostis voce blan-
dus, aspectu suavis, odore gratus, contrectatione mollis, dulcis gustu,
sed infensissimus tyrannus; cum talia ferè idiomata tyranno conveniant
l. i. Polit.

54.
Intempe-
rantia est
vitiū
moralium
ferè maxi-
mum.

55.

56. l. 5. Polit. c. 11. §. Non tamen ut jam ante dictum, hic exterminamus
communes omnis generis Cupiditates, ne quidem corporis & quæ tactum afficiunt,
& *proprie* quædã sunt communes ac Naturales omnib⁹ hominibus, ut quando cibû,
voluptates potû & pro ætatis conditione Veneris usum expetunt, in his peccant pau-
ci, ut mancipia, homines qui omni potu ac cibo se ingurgitant & quavis,
ut libidinem expleant, frui cupiunt; διὸ λέγονται ἔπει γαστρίμαργοι, ὡς
τοῦτο τὸ δέον πληρῶντες αὐτὴν; αἱ δὲ τῶν δὲ γίνονται οἷλιαν ἀνδρα ποδώδεις

57. l. 3. Eth. c. 13. §. In propriis enim volupt. plures & multis modis la-
buntur, ut molliores, deliciores, subtiliores, ut quando hunc cibum
potumq; sibi quis eligit præ aliis, formosis, facundis magis delectatur quã
aliis; quando cupit futuras, delectatur præsentibus, recordatur præterita-
rum propriarum voluptatum. §. Appetitus Intemperantis fertur ad illas
volupt. quas non debet velle, & plus quam oportet, eo tempore, eo

58.
Intempe-
rans maxi-
me circa
præsentes
voluptates

fine ac modo, quo minime decet, ac si non fruatur, dolore contabescit;
adeoq; omni tempore, intentione quidem talis est, maxime vero in præ-
senti, dum fruitor illicitis & immoderatis, aut excruciatum animi dum
absunt; Obfirmandus hic est animus contra concupiscentias, ubi inter
fruendum se extollunt, & tenendum, quærimonias earum & ejulatus
viles esse ac pueriles, finem harum fore, sublata mensa, Plut. lib. de tuen-
da sanit. p. 127. Nec ullam spem melioris, proverbium subministrat, quod
vinum vino, crapulam crapula pelli ac discuti, ait, ut omisiss reliquis
audacter ad consueta redeant pocula. Cui spei opponi debet cautio
Catonis, qua dicebat, magna imminui, parva aboleri; & præstat,
quievissse & abstinuissse, quam sanitatem in pericula conjicere.

59.
Temperã
mediũ &
circum-
stantias
observat.

§. Temperans vero in his Medium servat, ac circumstantias, ut
quis agat, se non esse pecus, cujus finis est voluptatibus indulgere, &
quid, ne agat quæ reprehensionem merentur prudentum, ob quæ in-
temp. vituperatur, quomodo, non expetit vehementius, quæ non de-
cent, nec dolet nimis propter absentiam jucundarum, circa quæ, ne in
naturalibus concupisc. se gerat tanquam mancipium, omnes promiscue
desiderando; utq; in propriis, rationem prudentis sequatur ad sanita-
tem & honestam recreationem, cibo, potu, venere utendo, quo tempore,
non in juvenili ætate, nec dum Reip. ac communis boni causa quædam
agenda sunt, volupt. expetit, quo loco, non in eo ubi pipulo deferri
potest ante aedes, quo fine, sanitatis, sobolis, honestatis imprimis gratia.

60.

§. Cum his à prudentis ratione præscriptis temperantis actionibus,
parum

parum consentiunt illa quæ A. Apologiae pro tract. Hobb. ut §. 12. diximus, suadet, & argumentis firmare studet, p. 50. seqq. ad p. 72. 1. quod non repugnant talia appetitui naturali venereæ libidinis. Sed omnino repugnant quia sunt immoderati affectus effecta, nemo enim talia ageret nisi affectibus nimium indulgens, 2. quod Deus dispensarit in ijs, quæ jam tanquam incestuosa matrimonia prohibentur. At nullibi talia approbat, sed propter duritiem cordis humani toleravit polygam. & nuptias inter maxime consanguin. in V. T. quæ & hodie recte reprehenduntur, non tantum (ut A. ille statuit) propter defectum majoris utilitatis, cum minor utilitas Reip. ex concubinato, polygamia speranda, quam ex Conjugio, sed quia per se mala sunt & libidinis turpiss. indicia. §. 3. quia revelatio membrorum genitalium non est indecora in pueris, nec si casu aut necessitate id fiat in adultis; neq; indicat disconformitatem quandam personæ humanæ ejusq; dignitati contrariam, in anatomia talia palam exponuntur; adeoq; pudorem qui hinc oritur non esse laudandum, nec necessarium, sed imperfectioris indolis signum, neq; moralium Pop. consuetudines tantum hic esse attendendas, cū ratio dari nequeat. §. Respondemus verbis A. p. 72. Qui impudicè se gerit contemptum suorum effugere non potest; 2. in infantibus diversa est ratio ac finis, neq; id omnino de approbatur; 3. rei indefinitæ & quæ casu aut necessitati aliquo tempore subjacet non est definita regula, sed prudentia, gravitas, scandalorum evitatio sit instar Lesbiæ regulæ, quæ plumbea esse debet, ut illa ad lapidis figuram torquetur & inflectitur, sic & illa ad res quotidianas accidentarias accommodari & transire debent, l. 5. Eth. c. 14. §. Naturalia quidem nō sunt turpia, sed qua naturalia prout in usu & conditione naturali manent, non hoc pertinet ad naturales res ut revelentur, omniumq; conspectui exponantur, imprimis si subsit causa moralis, cur fieri id non debeat, ne intelligendi & deliberandi facultates ab appetitu sensitivo impediantur. §. 5. in Anat. doctrinæ causa ut medicinam facere possint ista monstranda, præsupponunt Anatomici ac physici, auditores in Moribus antè bene informatos esse, unde Philos. l. 1. de partib. animal. c. 1. περὶ αἰδουμένων requirit, qui judicare possit, quo fine, rectè ne an secus docenda proponantur & c. 3. ejusdem libri elegantiss. de hoc physica studio disserit, quomodo & in his, quæ minus grata sensibus parentis, miras excitet voluptates his, qui intelligunt causas & ingenie philosophantur, adeoq; aggredienda esse cuncta sine tergiversatione cum

61.

*Argta pro
Polyg. & pu
dendorum
detectione
infirma
sunt.*

62.

63.

64.

cum in omnibus naturæ numen, non citum pueri unquam
 6. neq; imperfectæ indolis est pudor ac verecundia, quam prudenti
 quiq; obtinent & honestas morumq; integritas satis causæ est, cum
 moratæ gentes minime ferant. §. Neminem excelsi ingenij humi
 delectant & fordida, Animus noster modo rex est, modo tyrannus. R
 cum honesta intuetur, salutem sibi commissi corporis curat, & nihil
 perat turpe, nihil fordidum. Ubi vero impotens, cupidus, deli
 catus est, transit in nomen detestabile ac dirum & fit
 tyrannus. Senecal. i. epist. 94.

ANTE OMNIA VIDE, UTRUM IN PHILOSOPHIA
 AN IN IPSA VITA PROFECERIS.
 NIHIL ÆQUE PROFUERIT AD TEMPERANTIAM
 OMNIUM RERUM, QUAM FREQUENS
 COGITATIO BREVIS ÆVI ET
 HUIUS INCERTI.

Ad Litteratis. Dn. Respondent.

Dum disputando Temperantiæ indolem,
 Referre gestis publico in cœtu lubens
 Meritoq; grator, & Tibi felicia
 Quævis fluant exopto; dirigat DEUS
 Ductu sacro cœpra, Spiritu beer,
 Nec disputando Temperantiæ typum
 Tantùm capimus, sed calibere sedulo,
 Illiq; vitam mancipare pergito.


Johannes Corfinius, D. Past. & P. l.

Irratos hostes animi, post multa laborum
 Millia vicisti, jacet ignorantia veri,
 Affectusq; jacent, rationi sæpe rebelles,
 FINCKI, quem Mens Casta manet, decoratq; venustus
 Moribus, effigies juvenum, pulchræ Virtutis imago,
 Gratulor; quod mecum damnes Tu Crimina tanta,
 Dam Venus & Vinum corrumpunt otia nostra.

M. M. W. Disp. Præsès



mens de statu suo naturali deturbatur, id quod mar-
 Ebris crapulâ gravatis. §. Ar eodem modo de statu
 mens per illa flagitia & impudentiâ signa, Vir pruden-
 tantum homo per Scortationem in se ipsum pecca-
 lia & rationes contemnit, intemperantia omnium
 prudentiam impedit ac fini Sapientiâ adversatur.
 rus, bona fortunâ quovis modo acquirit, quo volup-
 digus, bona acquisita inutiliter ac turpiter erogat, in-
 invidus, injustus, audax, timidus, robur enim viresq; cor-
 usus, balnea, vina enervant & debilitant; nimium re-
 morborû causæ sunt. Voluptatis nimius amor, timi-
 citudinibus onerat, contumeliis objicit. Senec. e-
 dem Phil. 1.3. Eth. c. 15. de Intemperantia & Timiditate
 vitium, sed jam antea c. 13. omnibus vitiis Intemper-
 faciat cultores sui belluis simillimos, τὸ δὴ τοῖς τοῖς
 ἀνοσιπᾶν, μηλῶδες; neq; ulla voluptates tactus
 liberales, quæ tum temporis maxime in usu ap. P.
 ros homines, ut fricationes propter sanitatem in-
 pus augeant, halitibus liberiolem transitum con-
 37. q. 3. & 7. §. Ideoq; Intemperantia malitiâ vincit
 spontaneæ sunt actiones Intemperantis quam timi-
 ex dolore ut timid. oriuntur, facilius est voluptati
 potest quilibet singulis ferè horis se exercere in vol-
 at dolor ex subito bello & casu facile reprimi ac ei-
 dus confitetur se esse timidum, quod actiones c-
 intemperans volens sciensq; singularia scelera per-
 vocari non vult. §. Timidus fugit malum, nec si-
 viria proprio subiecto aliisq; videntur prodesse,
 nores, avaritia bona fortunâ, quibus post morti-
 prodigus dum vivit. At intemp. sibi ipsi maximè
 & intell. facultatè subjugare nititur, unde omnis li-
 nisi sit naturalis imbecillitas, ab intemp. vitio in h-
 conservatrix prudentiâ abest, nocet opibus, fa-
 de factis cogitans, sibi ipsi fit infensus intemperat-
 dus, aspectu suavis, odore gratus, contrectatio-
 sed infensissimus tyrannus; cum talia ferè idioma



tingit
 batur
 t, nec
 onfi-
 er est,
 t ava.
 ,pro-
 deſt,
 eneris
 orum
 ,ſolli-
 it qui
 rpius
 ,quod
 2 λ1500
 æterq.
 racla-
 æ cor-
 n ſect.
 magis
 e, non
 ſiſtere,
 cendis,
 ; Timi-
 eperit,
 perans
 reliqua
 erit ho-
 n raro,
 dicandi
 tultitia,
 i temp.
 æ, dum
 ce blan-
 s guſtu,
 veniant
 a. Polit.

51.
 52.
 53.
 54.
 Intempe-
 rantia eſt
 vitorum
 moralium
 ferè maxi-
 mum.
 55.